

MISCELLANEORUM HISTORICORUM REGNI BOHEMIÆ DECADIS II. LIBER II.

TABULARIUM

BOHEMO-GENEALOGICUM,

ID EST:

GENEALOGICÆ TABULÆ BOHEMIÆ;

Quibus Nobilium & Illustrium Familiarum in Regno Bohemiæ Majores genealogicè delineantur; nullo tamen antiquitatis, aut dignitatis Ordine.

OPUS

NOBILITATI NOSTRÆ *GLORIOSUM,*

A MULTIS DIU EXPETITUM,

Magno curarum pretio & Annorum decursibus elaboratum;

Nunc primùm publicatur:

AUTHORE

BOHUSLAO BALBINO SOCIETATIS JESU.

VETERO-PRAGÆ: Typis Georgij Labaun, 1687.

In Arma Gentilitia Illustrissimæ & Excellentissimæ Stirpis COMITUM WRBNARUM, vel de WIRBEN.

Lilia *sunt* flores campi, *quæ Martia virtus*
Wrbnarum, *in campo sangvinis obtinuit;*
Stat super his jaculo perfossa Columna *minaci*,
Et semper vigilans in statione sua est;
Corrigo perfossam: *perfossum dico* Columnam,
Nam Wrboslai *concidit ille manu.*

Nota: *Wrboslaus Originarius Wrbnarum*, in acie occidit Ducem hostilis exercitûs Gente *Columnensem*; hinc Columnam transfixam in Clypeo reportavit à *Galliæ Regibus*, pro quibus pugnaverat. Vide *Syntagma Wrbnianum.*

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOMINO

JOANNI FRANCISCO

S. R. I. COMITI
DE

WRBNA

ET

FREUDENTHAL,

DOMINO CASTRI FULNECK, PESKOW,
STAUDING & MRATH;
SAC. CÆS. MAJ: ACTUALI INTIMO

CONSILIARIO,
CAMERARIO,
REGIO
LOCUMTENENTI,
ET SUPREMO FEUDORUM IN REGNO BOHEMIÆ
PRÆSIDI,

D. & PATRONO MEO REVERENTISSIME COLENDO.

ùm TABULARIUM STEMMATOGRAPHICUM, *quod annis triginta elaboraveram, seu Tabulas Genealogicas Coronæ Regni hujus (id est:* Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ*) publicare, & Typi auxilio tandem in lucem proferre, decrevissem, hoc primum in deliberationem venit: cui potissimùm inter omnes Regni Proceres initialem Tabularij Librum offerrem, & in cujus nomine is apparere aptissimè, & convenientis-*

entissimè posset. Deinde succurrit nulli aptiùs Genealogicas Tabulas dedicari, quàm ei, cujus Familia omnibus illis Provincijs, quarum Genealogias confeci, notissima, & in Nobilitatis Majoris censu, & nunc, & olim numerata fuisset, quæquè ab omni memoria apud nos habitâsset, aut habitaret, & quoddam Nobilitatis probæ, & obryzæ testimonium singulis daret, quod reijcere, & aspernari ignorantes, & nostrarum rerum rudes neutiquam possent. Inventa est Familia Tua ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME DOMINE COMES, *non modò Coronæ nostræ, sed universo Slavico nomini notissima, celebratissimáque: nam ut de* Bohemia. Bohemia *nostra inprimis loquar, quid notius esse potest, quàm quòd mutuis Conjugijs nostri Proceres Stemma Vestrum honorârint, & vicissim à Vestris sint honorati?* MAXIMILIANO II. Cæsare *imperante*, Georgius de Martinicz *Regni Cancellarius lectissimam Matronam* Elisabetham Bruntalskam Baronissam de Wrbna in Conjugio *habuit, quæ etsi nullam* Illustrissimo Heroi Martinicio Conjugi *Prolem attulerit, eum tamen amorem ob mores suavissimos & Conjugij charitatem aliásque dotes rarissimas commeruit, ut* Cancellarius, *cùm Clypeum suum in Arce Regia* Krzivokladensi *expingi jussisset, in suæ quoque amatæ conjugis memoriam*, Wrbnæorum *Clypeum, ùt hodiéque videmus, jusserit appingi: reddidisti vicem* Martinicijs *hâc ætate nostrâ* EXCELLENTISSIME COMES, & Martinicium sangvinem Tuæ Genti *infudisti. Habet igitur quod in Te, & honoribus Tuis* Bohemia *suspiciat, amet, admiretur.*

Moravia. Moraviæ Marchionatus *plenissimus est* Wrbnæorum *hodiéque perstantibus memorijs, potéstque certissimò demonstrari, trecentis propè annis* Comites Wrbnæos *in ea Provincia, & Ditiones possedisse, & supremos Magistratus gessisse.*

Silesia. Silesia *antiquiora* Wrbnæorum Comitum *suppeditat monumenta:* Tutores Ducum Silesiæ, Episcopi Wratislavienses, obsides pro bono Provinciæ dati, Duces bellorum non pauci, Fundatores Cœnobiorum (Grissovienſis & Swidnicensis) Sacrorum Dotatores benefici, *& quis omnia enumeret?*

Polonia. *In* Celeberrimo & Nobilissimo Poloniæ Regno Wrbnæi Comitum *titulo, quem* Wrbnæis *omnibus* OTTO II. Imperator *ab annis sexcentis, & pluribus confirmavit, etiamnum gaudent, & ijsdem omnino militaribus Clypeis insigniuntur.*

In

In Gallia Originarius *Inclytæ hujus Stirpis* Wrboslaus Comes *circa Ann: DCCC. XCV. nomen ſuum immortalibus factis celebre reddidit, & ex illo glorioſiſſimo Regno, ùt Scriptores conſentiunt, terna Gallorum lilia in Patriam reportavit.* Gallia.

Poſſem etiam teſtimonium adferre V. Cl. Petri Lambecij *de Germaniæ Provincijs, ac nominatim de* Saxonia; *ſed quia controverſa res eſt, alio loco opportunius tractabitur; hoc ſolum ex his exemplis confici vellem* : Comites Wrbnæos in Provincijs *quæ* Coronæ Bohemiæ *uniuntur, & quodammodo uno cinno adſtrictæ ſunt, ab omni memoria cenſos eſſe, & in patria Nobilitate inter Proceres ſummos in ſacris & profanis, toga & ſago ſpectatiſſimos, ante Reges ſtetiſſe, ut, quod olim Imperatoribus Romanis adulatio populorum, atque ipſi ſibi ſtultâ cupiditate honorum tribuebant, ut* Sarmatici, Africani, Numidici, Parthici, Getici, Germanici &c. &c. *in nummis ſuperbè dicerentur, idem ſed modeſtè, & quadam proportione* Wrbnæorum Familiæ *tribui poſſit, quæ in tot* Provincijs Regni *noſtri ſedes, & fortunas ſuas collocârit. Quo in genere uſquè ad ſuperſtitioſam anilitatem, & anilem ſuperſtitionem progreſſus eſt* Romanæ Urbis Pater, & Conditor Romulus, *qui ut in* Plutarcho (*in vita Romuli.*) *legimus, dum conderet Comitium ſeu Comitialem locum, ingentem foſſam egeſtâ humo fieri juſſit, in quam foſſam ex diverſis Provincijs terram collectam injecit, atque ita commiſcuit, ut nihil â* Romano *ſolo diverſum appareret, foſſam illam eodem prorſus, quo* Cœlum *nomine* Mundum *appellans, jam tum magnitudini Romanæ præludens Præſagio, in Orbem univerſum* Romani *dominatûs. Ridicula hæc prudentibus meritò videbuntur; quaſi verò Dominatio Orbis pugillo terræ pararetur; animis ineſſe debent, quæ* Regionibus *diverſis placeant, & Familias Illuſtres commendent.* Homerum, *ait noſter Tullius* : Colophonij Civem dicunt eſſe ſuum, Chij ſuum vendicant: Salaminij repetunt. *Hoc* Familiæ Tuæ ILLUSTRISSIME COMES *accommodari poteſt. Non recuſabit igitur* Regni Nobilitas, *ſi* Tuis Auspiciis *ſui Majores jampridem non tam marmoribus, quàm oblivione ſepulti protrahantur in lucem; ſed hæc* Wrbnæis *communia: quid ſi ea adferrem, quæ Te propiùs contingunt* COMES ILLUSTRISSIME? *Sublimes ingenij dotes; educatio in Aula maximi Principis propè Principalis; humanitas illa Tua; moderatio in negotijs omnibus; Prudentia, Experientiâ, & ſcientijs omnibus, in quibus Tu vivis, acquiſita; Magiſtratus ex juſtitiælegibus geſti; Ti-* Saxonia.

tuli & honores virtuti Tuæ potiùs, quàm Tibi (si hæc dividi possent) collati; Non fefellêre mentem Augustam, neque unquam fallent, quæ Tibi aut jam imposita sunt, aut imponentur aliquando secundissima de Te Regij favoris, & gratiæ argumenta. Plura adferrem, nisi modestiam *tuam vulnerare, aut, ut ità dicam,* cruentare *pertimescerem:* laudes *enim sæpe à bonis & moderatis pro vulneribus accipiuntur, ideoque ut ait quidam:* suspensâ manu, ut vulnera, sunt tractandæ. DEUS Te Religioni & DEO, Patriæ *& bonis omnibus quam diutissimè servet incolumem!*

Ità vovet & apprecatur ex animo

ILLUSTRISSIMO TVO NOMINI

Pragæ in Collegio Societatis Jesu ad S. Clementem 31. Julij, A. 1687.

Devotus semper, & obstrictus

Bohuslaus Balbinus
Societ: JESU.

FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS BOHEMIÆ.

Cùm Librum inscriptum TABULARIUM STEMMATOGRAPHICUM, seu Genealogicæ Tabulæ quarundam Illustrium in Bohemia Familiarum (qui est DECADIS II. Miscellaneorum Historicorum Bohemiæ, LIBER II.) à P. Bohuslao Balbino Societatis JESU conscriptum, tres ejusdem Societatis Jesu Theologi, quibus id commissum fuit, recognoverint, ac in lucem edi posse censuerint, potestate acceptâ à Patre Nostro CAROLO NOYELLE Societatis Præposito Generali, Facultatem concedo, ut Typis mandetur. In quorum fidem hasce literas manu meâ subscriptas, & Sigillo Officij munitas dedi.

Pragæ in Collegio Academico ad Sanctum Clementem,
XV. Decembris. An. M. DC. LXXXVI.

L. S.

MATHIAS TANNER.

PROTESTATIO AUTHORIS.

INsistendo Decreto SS. D. N. URBANI VIII. ejusque confirmationi ac declarationi, observantiâ, ac reverentiâ, quâ par est; profiteor haud alio sensu, quidquid in hoc, & sequentibus omnibus Miscellaneorum Historicorum Veteris Bohemiæ Libris in laudem cujusquam refero, quod speciem Sanctitatis, aut miraculi habere videatur, accipere, & accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat authoritate, non autem divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut S. Sedis Apostolicæ nituntur; ijs tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

Bohuslaus Balbinus S. J.

SYNOPSIS

Vel Summarium Syntagmatis Illustrissimæ & Excellentissimæ Familiæ De WRBNA vel WIRBEN.

Quod in Stemmatographia invenitur

I. *Tractatur de Origine Stirpis; ostenditur ejus Antiquitas, longè ante an: Ch. 800.*

II. *De* Clypeo *Gentilitio Comitum* Wrbnæorum: *de* Wrboslao, *qui Familiæ Clypeum virtute militari ornatiorem reddidit; quinam Galliæ Rex, an* Ludovicus Balbus *an* Carolus Crassus; *an alius Franciæ Rex eum* Wrboslao *contulerit? an* Apes, *an* Lilia *sint in Clypeo* Gallorum? *quid* aurea linea, *aut* aureum segmentum *significet?* Columna perforata *sagittâ significat* Romanorum Ducem Columnam *in prælio à* Wrboslao *occisum.*

III. *Quis* Wrbnæis *honorem* Comitatûs *primus contulerit, aut confirmârit.*

IV. *Fundationes sacræ* Comitum Wrbnæorum; duo *Cœnobia*, Grissovienſe *Cistercienſium*, & Svvidnicenſe *S. Francisci Minorum fundant Fratres* Wrbnæi. Ssvidnicenſe *novâ Fundatione auget* Stephanus Comes de Wrbna *ætate noſtra.*

V. *Viri Illustres hujus Gentis, ac primùm* Militiæ Duces.

VI. *Viri Illustres* Wrbnæi *in Republica togati.*

VII. *Prælati & Antistites Ecclesiarum ex hac Gente.*

VIII. *Honores varij* Wrbnæis *collati:* Obsides *pro Regnis dati*, Tutores *Ducum constituti; literis Principum subscripti; compositores Nobilitatis*; *à Regibus* Mathia & Wladislao *Ditionibus aucti;* Supremi Capitanei *Moraviæ*, Capitanei *Feudorum*; Intimi Consiliarij *Regum ac Cæsarum.*

IX. *Conjugia* Wrbnæorum, *& Consangvinitatis cum altissimis Familijs*; *cum* Sternbergicis, *cum* Rogendorffijs, *cum* Zerotinijs, *cum* Kravvarzijs, *cum* Dominis Zvvole, *cum* Lambergijs, *cum* Martinicijs &c.

X. Wrbnarum *Comitum Ditiones, & sepulchra.*

XI. *Agitur de rediviva* Illustrissima Domina Margareta Tvvorkovvskiana, *quæ fuit dicta* Mater pauperum, *Conjuge* Illustrissimi Domini Ioannis de Wrbna, *Domini in Hulczin, an historia sit, an fabula?*

XII. *Domini* Lambecij *J. U. D. & Cæsar: Bibliothecarij sententia de* Wrbnæis *refutatur.*

XIII. Illustrissimi D. Com. Stephani de Wrbna, *militaris gloria, & Comitis Titulus & honor per* Imperialem Cancellariam, *subscribente* Ioanne Philippo Archi-Episcopo Moguntino *confirmatus An 1652.*

XIV. *Miscellanea quædam ad hanc Familiam spectantia.*

Quæret fortasse Lector eruditus: quid sibi velit hoc Familiæ Wrbnæorum compendium, aut cur hic non apponatur? facilis responsio: nolui Tractationes Familiarum *permiscere*; *itaque in hoc* Tabulario Genealogias *tantùm & lineas sangvinis adduxi, reservatis interim Originibus* Familiarum, *aliisque Gloriæ argumentis, quæ in* Stemmatographia *tractabuntur; in qua scilicet erunt* Syntagmata *singularum* sine ordine (*quod semper moneo*) *antiquitatis & dignitatis; v.g.* Lobkovicianum *syntagma, aliud* Kolovvratæorum, *aliud* Waldsteiniorum, *& ita de cæteris.*

Hoc te Lector benevole monere volui, nescius nè esses, Vale.

TABULARIUM
STEMMATOGRAPHICUM,
SEU
GENEALOGICÆ TABULÆ
REGNI
BOHEMIÆ:
MISCELLANEORUM
HISTORICORUM
DECADIS II.
LIBER II.

QVASDAM
BARONUM SEU POTIUS DOMINORUM & COMITUM
Bohemiæ, Lineas Genealogicas complectens, nullo Ordine antiquitatis, aut dignitatis.

PARS I.

Ad benevolum & benignum Lectorem.

OPus multis desideratum, atque etiam Amicorum frequentibus jurgijs flagitatum, tandem aliquando in lucem profero; quâ in re *Horatij* monitum abundè explevi, qui *nonum in annum* jubet premi lucubrationes, quas perennare velimus; at ego tricenis amplùs annis hasce Stemmatographicas Tabulas in pluteo clausas tenui, & adhuc timidè evulgo: quàm enim difficile est Illustrium Familiarum *Horatius in arte.*

nomi-

nomina sæpe in Historiarum marginibus malè hærentia investigare, conciliare, & ad liquidum adducere, & ex incertis certa facere, quæ sæpe etiam ij de quibus agitur, ignorant, & lucis loco tenebras offundunt Scriptoribus, mulierum vetularum falsis narratiunculis decepti, aut inanis gloriæ aucupio â sacræ veritatis linea in transversum acti!

I. Quatuor itaque mihi in præsenti Opere præcipuè & necessariò præfanda sunt: Primùm: profiteor: *me ex nihilo aliquid facere non potuisse & non posse.* Solius DEI & infinitæ ejus Potentiæ id tribuitur, Rom. 4. 17. *qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* ergo si quorum Origines posteritati traditæ non fuerunt, aut incuriâ Familiarum amissæ perierunt, quâ ratione post tot sæcula eam felicitatem promittere sibi Scriptores poterunt, ut inter telas aranearum, ambesas â muribus vel blattis chartulas deprehendant vetustissimæ alicujus nobilitatis Imagines, totámque Gentis œconomiam & descriptionem explicantes, Domino plerumque nihil se commovente, & quasi res sua non ageretur nihil adjuvante? aut ambustas bellis, aliísve temporum injurijs corruptas, vietas, tineosas, &, ut alia absint, antiquo Scripturæ genere exaratas literas, securis & certis oculis perlegere, & rectè discernere & discriminare possint? alia est *Stemmatographiæ Bohemiæ*, alia *Imperij Germanici*, aliorúmque Regnorum conditio! isti in publica Imperij luce eminuerunt semper, & *in Circulis* Germaniæ, & Regnorum Tropicis honoratissima munia gesserunt, quos velut Sol illustrabat *Imperator; Nostri*, maximè primis Bohemiæ sæculis, nihil sibi cum Germanis, si paucula connubia excipias, commune esse voluerunt; *isti*, tot habuêre Scriptores, quot eruditæ in Cœnobijs manus fuerunt; *Nostri* tardiùs susceptâ Christi Religione, more Barbarico non pennas Scriptorias, aut papyrum & atramentum versabant manu, sed equum, hastam & frameam agitabant, unde Campi sangvine natarent, & fæcundarentur. Memini me in Lib. III. Miscellaneorum â C. 21. Centum septuaginta septem magna prælia numerâsse, quæ in Bohemia perpetrata sint; at *currum belli* semper incendia comitantur, quæ omnem Majorum sepeliunt memoriam; nullum tamen exitialius, & nocentius antiquis monimentis bellum fuisse existimo, quàm quod *Ziskâ* & *Procopio Raso* Ducibus excitatum est, in quo centum eóque plura Religiosorum domicilia, cum innumeris Familiarum Illustrium Originibus & documentis arserunt, quæ magnam partem in sacris illis Archivis (ùt in omnibus Europæ Regnis amat fieri) conditæ servabantur. Incendijs etiam conciderunt *Ecclesiæ Collegiatæ viginti quinque* plenæ vetustatis, & Originum antiquarum; subtracto solo, perit omne, quod inædificatum est, & quod incendio corrumpitur,

pro-

propemodum ex natura rerum amittitur, cùm in aëre & igne nihil scribi & legi possit. Hæc cogitent, qui à Nobis plura, antiquiora, & copiosiora Stemmatographiæ lineamenta desiderant; facilè à Prudentibus & cordatis veniam obtinebimus, potissimùm si Nobilitatis status ab An. 1620. attendatur, abeuntibus è Patria, potentioribus Nobilium, & Civium, quorum ad triginta quinque millia, solùm Familiarum capita (sine liberis & parentela) computata fuisse, *Slavata* *Cancellarius Regni, in Historia suorũ temporum* affirmat, quod etiam tabularum publicarum authoritate & fide constare, idque se anxiè & solicitè indagando comperisse scripsit. Hi verò plerasque omnes Nobilitatis suæ memorias aliò transtulerunt, quas Nos post tempus frustrà repetimus, in Regionibus, quâ Exulibus iter fuit (in *Hollandia*, *Anglia*, *Polonia*, *Prussia*, *Saxonia*, *Dania* atque etiam *Svecia*) relictas & amissas. *Slavata in Apolog. contra Comitem Turn.*

II. Alterum quod brevissimè præfandum est, idque *Lectores* meos notare magnopere velim: me in hoc Genealogico opere nullam aut antiquitatis, aut dignitatis, aut rerum gestarum rationem habuisse: *Equites*, *Principes*, *Duces*, *Comites*, *Barones*, nullo ordine legentur, ùt ex pluteo extracti sunt. Nimium mihi tribueretur, si quis ex hoc opere meo gradum aliquem super alios sibi arrogaret. id esset, *in mustaceo laurum quærere.* Alibi Ordinem, qui *anima disciplinæ* appellatur, studiosè quæsivimus, hîc maxima laus erit omnia confudisse, cùm Genealogiam meam innocentem, & nulli præjudicium facere velim. Agmen columbarum gratiosè, & cum quadam Symphonia, quam excitant pennis, circumvolitare videmus & audimus, & tamen sine ordine volitant, & incertum in volatu tenent locum: ità & Cervi in flumine superando modò primi, modò ultimi, capite in dorsum antecedentium pondere inclinato enatant ad ripam; quin & aquaticæ aves, etsi ordinem non servent, literas tamen exprimunt, & *literatæ* à Philologis vocitantur. Hoc igitur exemplo chartæ Genealogicæ meæ volitabunt, & quamvis absque Ordine, literatum agmen efficient bonâ gratiâ lectorum, quos jam propitios mihi esse, & consilium meum, ubi intellexerint, approbaturos confido. *Proverb. Aristoteles.* *Philostr. in Dodona.*

III. Erunt tertiò, qui hisce tabulis Gentilitia signa & Clypeos abesse dolebunt, ut uno aspectu & nomen, & genus Nobilitatis intelligant; sed his in *Stemmatographia* satis fiet: nam si hoc loco Clypeos sculpi curâssem, sæpe ijs locus defuisset, & peculiari labore & sumtu imprimendi fuissent, quos postea in Stemmatographia per Philyras nullo negotio multos simul (si Superi vitam prorogârint) imprimemus: res enim apud me angusta, paucis sumtus suppeditantibus, non sinit, ut ità dicam, ampullari, & alas nido majores extendere; qui præstare

ista

ista possunt, per me licet etiã aureis & gemmeis coloribus Clypeos suos hisce Tabulis appingant.

IV. Extremum punctum ad mei defensionem & hujus Genealogici operis pertinet, quod dolenter cùm objiceretur à Viro Philosophicis & Theologicis scientijs insignitè exculto, audivi ipsemet, & leviter (sic enim faciendum erat) refelli. *esse in Genealogicis Tabulis meis alicubi hiatus, & lacunas: hic nomen Conjugis desiderari, illic nomen proprium Viri &c.* itaque jubebat illos hiatus impleri. Nihil dictu facilius! ego contrà monebam, ut ipse hiatus illos impleret; ille se nescire respondit. contrà iterum ego: me post annorum triginta inquisitionem non potuisse ad originem pervenire; antiquitatem Familiæ obtendi, esse annorum quadringentorum, octingentorum, imò mille annorum; quod in tanta antiquitate non reperi, me fingere non potuisse; rogavi, an aliquando Genealogicas Tabulas aliorum Scriptorum inspexisset? an *Bucellinum*, an *Rittershusium*, an *Imhoffium*, an *Henninges*, an *Reüsnerum*, an *Spenerum &c.* legisset, in quibus omnibus, defectu monimentorum, præcipuè in Bucellino, plurima N. & vacuitates apparerent? cùm negasset ille, exarsi fateor, & dixi: *cæci de coloribus* judicium apud me nihil valere, denique, quod *Anacharsis* monebat: *artifices de artificibus optimè judicare.* His nihil quod adjiciam habeo. Tu ave Lector Erudite, & faventiora judicia de ijs, qui bono Publico laborant, ferre, & Scriptoribus dare crescendi copiam memineris. Iterum vale!

Proverb.

Diog. Laërt: de Vitis Philosoph. L. 1. in Anachar:



Tab. 1.



Series totius Illuſtriſſ. Familiæ Wrbnianæ, magnâ diligentiâ ex vetuſtis Familia libris, ac antiquiſſimis monumentis collecta, quâ omnes Wrbnarum lineæ ad unam Originem revocantur.

Excellentiſſimæ Familiæ ſervus B. B. S. J.

Tabula Genealogica Comitum de VVrbna uſquè ad Joannem Soc. JESU & Juditham Uxor: Excell. C. de Lamberg.



Reverendus P. Joan: Wrbna & Soror ejus Uterina Judith Rebecca Eleonora C. Wrbna & Freidenthal Ψ
Pòſt verò ſupr. Aulæ Præfecti Cæſ. Leopold.

Faciebat B. B. S. J.

Biol. Sagr.

Tob. 2.

Tab. 2.

TABULA GENERALIS.

Illustrissimorum Comitum de VVrbna, sine Uxoribus, de quibus alibi.

Werboslaus Comes de Wrbna. claruit sub Arn[ulfo] Imperatore rebus præclarè gestis in Francia. A. C. 895.

Zemovitus Wrbna. 913.

Boleslaus Co[mes de] Wrbna. 957.

Cu[no]. 12.

Przim[islaus] 1042.

Zdenko. 1061. — Jaroslaus. 1060.

Dietericus. 1121. — Jaslus 1103.

Casparus. 1146. — Hinek. — Joannes 1144. — Fundârunt Monasterium Lignicense.

Andrea[s]

Hi 4. Fratres fundârunt Monasterium Grissovienſe A. 1220. & A. 1226. Monasterium Svidnicense.

Andreas. — Franciscus. — [Ste]phanus 1210. — Stephanus II. 1220. — Sorores. — Stephanus & ejus F. Andreas ceciderunt in prælio adversus Tartaros A. 1241.

Joannes. — Henricus.

Stephanus. — Bernardus. — Franciscus.

Christophorus. — Andreas. — Judith. — Gin[dricus] — Michaël. — Georgius. — Margarita.

Gindricus Episcopus Wratislavienſis An. 1301. — [Ge]re Hinek. — Stephanus.

Joannes. — Michaël. — Joannes Comes de Wrbna. L. S[uae] — Georgius. — Post hunc Joannem Domini de Wrbna titulum Comitum dimisere.

Albertus. — Casparus. — Stephanus. — Henricus sive Hinek. — Joannes. — [Ma]. — Gertrudis. — Georgius. — Catharina.

Christophorus, — Andreas. — Hi[nek] — Elisabeth. — Agnes.

Bernardus. — s. — Stephanus.

Bernardus. — Joannes. — [Ste]phanus. — Nicolaus. — Henricus.

A

Tab. 2.

Bibl. Jag.



GENEALOGIA
PARTIALIS DOMINORUM DE DONA SEU DONINA.

Caspar Burgra: de Dona ψ Catharina de Donagentilis. Schnitz.

Melchior de Borschnitz. ψ Margareta de Cölvicz.

Valentinus de Sauerman in der Jeltz. ψ Catharina Daunaurtin de Guiesspe.

Joannes de Zettritz & Creiss. ψ Paula de Jandorff.

Sigismundus Zabsky de Zabsk. ψ Sophia Dubskiana.

Adam Grabsky de Grabsk ψ Anna Strzelin de Rokitnitz.

N. de Schlie bitz. ψ Margareta Sackin de Ratschin.

Andreas de Temmerzicz. ψ N. de Blanckenstein.

Abraham Burgrav. ψ Mariana de Borschnicz.

Achatius B. Sauerman ψ Paula de Zettritz.

Adamus Zabsky ψ Johanna Grabski.

Conradus à Schliebicz. ψ Ursula de Temmerzitz.

Abraham Burgravius de Dona. ψ Eleonora Baronissa Sauermanin de Jeltsch.

Sigismundus Zabsky. ψ Margareta de Schliebicz.

Carolus Hannibal Burgravius de Dona. ψ Anna Elisabeth Baronissa Zabsky.

Horum filia Eleonora Eusebia Burgravia de Dona. ψ Rudolfi Comitis de Wagensperg, cujus Genealogiam vide in Bucellino.

Tab. 4.

Bibl. Kgl.

TABULA GENEALOGICA

IMPERIALIS HABSBURGICO-AUSTRIACA.

Seu Genealogica demonstratio, quòd LEOPOLDUS I. *Imperator Augustissimus Cæsar, incipiendo à Carolo Magno, usque ad se ipsum, Hungariæ Bohemiæque Rex &c. inter Majores suos triginta tres Imperatores censere possit, à quibus rectà lineâ, seu Virili (Austriacos Imperatores numerando) seu Fœminina (quod fit in Imperatoribus ex alijs lineis, ùt ex Saxonica, Bavarica &c. ortis) descendat; exceptis, iisque paucis Imperatoribus, qui reliquerunt, ùt S. Henricus, VVenceslaus, & alij pauci, quos è Catalogo Imperatorum discemus. Sunt autem sequentes Germanici Imperatores adu (qui indicat ubi quærendi sint) recensebuntur. sanguinem Imperatorium accepit, qui hoc loco suo*

Ordo.	Gradus.	Ordo.	Gradus.
1. Carolus Magnus.	71.	9. Conradus Salicus.	134.
2. Ludovicus Pius	72.	10. Henricus III.	80.
3. Carolus Calvus	101.	11. Henricus IV.	2.
4. Ludovicus Balbus	102.	12. Henricus V.	81.
5. Arnolphus.	40.	13. Lotharius Saxo.	151.
6. Henricus Aucups	42.	14. Fridericus I. Barbarossa	25.
7. Otto Magnus	43.	15. Henricus VI.	153.
8. Otto II.	44.	16. Philippus.	6.

Ordo.	Gradus.	Ordo.	Gradus.
Fridericus II.	134.	25. Sigismundus Lucemb.	154.
Adolphus Habsp:	80.	26. Albertus II. Austr.	140.
Adolphus Nassavius.	2.	27. Fridericus Austr.	85.
Albertus I. Austr.	81.	28. Maximilianus Austr.	86.
Henricus VII. Lucemb.	151.	29. Carolus V. Austriac.	96.
Ludovicus Bavar.	25.	30. Ferdinandus I. Aust.	88.
Carolus IV. Lucemb.	153.	31. Maximilianus II. Aust.	97.
Rupertus Palat.	6.	32. Ferdinandus II. Aust.	90.
		33. Ferdinandus III.	91.

Posteritas Caroli Magni & Ludovici Romanorum Imperat. Gradu 71. 72.

70. Pipinus Rex Francorum. Ψ Constantinopolitana nata A. 742.

71. Carolus Magnus Primus Imperator. Ψ Hildegardis Sveva.

72. Ludovicus Pius Imperator. ✝ Anno. 840.
Ψ II. Judith.

Arnolphi, Henrici Aucupis, Ottonis I. & Philippi Svevi Romanorum Imperator: Posteritas. Grad. 40. 42. 43. 44. 50.

36. Ludovicus Germanicus Rex in Bavaria, ✝ 877.
Ψ Imma Principissa Hispaniæ.

37. Et in hoc Ludovico Germanico & in 101. Grad. in ejus fratre ex alia Matre Carolo Calvo,

38. Linea Familiæ divisa est, porrò Ludovici Germanici filius inter alios fuit

39. Carolomannus Rex in Bavaria ✝ An. 880.
Ψ Litovinda Principissa Carinthiæ.

Lotharij Saxonis, & Ludovici Bavari Rom. Imper. Poster grad. 19. 25.

40. Arnolphus Romanorum Imperator. ✝ An. 899.
Ψ Judith Principissa Sveviæ.

41. Luitgardis horum filia ✝ Anno 916. Ψ Ottonis Ducis Saxoniæ.

A

Caroli Calvi, Ludovici Balbi. Conradi Salici. Henrici 3. 4. 5. Romanorum Imperat. Posteritas. Grad. 101. 102. 107. 108. 109. 110.

101. Carolus Calvus Romanorum Imperator ✝ 877. alij 878.
Ψ. Irmüntrudis alijs Richildis Princip. ex Franc.

102. Ludovicus Balbus Romanorum Imper. ✝ 880. alijs 906.
Ψ Adelheidis Principissa ex Gallia.

103. Carolus Simplex Rex in Francia ✝ An. 880. alijs A. 926.
Ψ Oginia Regina in Anglia.

104. Ludovicus Transmarinus Rex in Francia ✝ 926. alijs 55.
Ψ Gerbergis Saxoniæ Principissa.

105. Mechtildis horum filia Ψ Conradi Regis Burgundiæ.

Friderici Barbarossæ, Henrici VI. Friderici II. Alberti II. Rom. Imp. Posteritas. Grad. 132. 133. 134. 140.

106. Gerberga horum filia ✝. Ψ Hermanni Ducis in Svevia.

B

Tab. 5.

A

Rudolphi I. Alberti I. Friderici III. Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Ferdinandi II. Ferdinandorum Imperat: Tab. 80. 81. 85. 86. 87. 90. 91.

B

Sig. ✲ *Chronologia & Genealogia trium sequentium Boh. Principum emendanda est ex nostra Epitome.*

Stemma Adolfi Nassovij, Ruperti Palatini, eorúmque Posteritas, Gradu 2. & 6.

1. De quorum Origine Stirpis nihil hìc attinet dicere.

2. Adolfus Com. de Nassau Rom. Imp. ✠ 1298. Ψ Imagina C. de Limburg.

3. Mechtildis filia † 1320. Ψ Rudolfi Palatini ad RhenũElect.

4. Adolfus Palatinus Rheni Elect. † 1327. Ψ Hirmengardis Cõ. ab Oeting.

5. Rupertus Pal. Rheni Elect. ✠ 1398. Ψ Beatrix Regina Sicil.

6. Rupertus R. Imp. ✠ 1410. Ψ Elisabeth Burgravia Noriberg.

15. Postquam Anno 1124. & 25. Henricus Franco Rom. Imperator obiit,

16. Ut 107. 108. 109. Gradu describitur,

17. ExSaxoniæPrincipibus ejus temporis & Dominis, Imperatores assumi cœperũt;

18. Primúsque eorum ex Comitibus de Querfurt & Supplinburg electus est:

19. Lotharius Saxo Rom. Imp. ✠ 1137. Ψ Rixa Sax: Princip:

20. Gertrudis horũ filia ✠ 1153. Ψ Henrici Superbi Electoris Saxoniæ &Duc: Bava:

21. HenricusLeo El. Sax. & Dux Bavar. ✠ 1193. Ψ Mechtildis Regina Angliæ.

22. Henricus junior Primus Dux Brunsvicensis ✠ 1213. Ψ Agnes Palatina Rheni.

23. Agnes horum filia † 1262. Ψ Ottonis Ducis Bavariæ.

24. LudovicusSeverus Palat: & Dux Bav. † 1294. Ψ Mechtildis Com. ab Habspurg.

24. LudovicusBavar. R. Im. 1284. Ψ Beatrix Ducissa Silesiæ.

26. Stephanus Dux Bav. Ψ Elisabeth Regina Ungariæ.

42. Henricus Auceps Rom: Imp. ✠ 936. Ψ Mechtildis Comitissa de Ringelheim.

43. Otto I. Rom. Im: ✠ 973. Ψ Judith ex Anglia velAdelheidis Princ. Burgund.

44. Otto II. Imper. Rom. ✠ 983. Ψ Theophania Constantinopolitana Princ.

45. Judith horum filia ✠ 909. Ψ Wratislai Duc. Boh. Sig. ✲

46. Wratislaus Rex Boh. ✠ 1093. Ψ Svatava Poloniæ Princ:

47. Wladislaus Rex Boh. † 1174. Ψ Amabilia Wohburgensis Ducissa.

48. Wladislaus Rex Boh. Ψ Judith Langravia Hassiæ.

49. Przemyslaus Rex Boh. ✠ 1231. Ψ Constantia Reg. Hungar:

50. Wenceslaus R. B. † 1245. Ψ Cunegunda Philippi, R. Imp. filia.

51. PrzemyslausRex Boh. ✠ 1278. Ψ Cunegunda Russiæ Prin.

52. Wenceslaus Rex Boh. ✠ 1306. Ψ Elisabeth Reg. Poloniæ.

53. Elisabeth horum filia ✠ 1338. Joannis Com. de Lucemburg.

67. Frid… III. Pall… Imp. ✠ … sine Libe…

… 93. Rudolfus, … † Leopold°, Ot… to, Henricus & … ndr. plures filiæ.

… Arch: … Ψ Viri… Iolan.

107. Gisela horum filia ✠ 1039. Ψ Conradi Salici Romanorum Imperatoris.

108. Henricus III. Rom. Imp. ✠ 1086. Ψ Agnes Franc. Principissa.

109. Henricus IV. Imper. Rom. † 1106. Ψ Bertha ex Italia Principissa.

110. Henricus V. R. Imperator, ✠ 1124. Ψ Mechtildis Regina Angliæ.

111. Christina ✠ A. 1159. Ψ Wladislai Ducis Silesiæ.

112. Boleslaus Procerus Dux Silesiæ ✠ 1201. Ψ. Adelheidis Com. de Sultzbach.

113. Henricus Barbatus Dux Silesiæ ✠ A. 1238. Ψ Hedvvigis Meraniæ Principissa.

114. Henricus Pius Dux Silesiæ ✠ 1241. Ψ Anna Regina Boh.

115. Conradus Dux Silesiæ ✠ 1298. Ψ SalomeDucissaPoloniæ.

116. Henricus Dux Silesiæ ✠ A. 1309. Ψ Mechtildis Ducissa Brunsvicensis.

117. Bearrix horum filia ✠ 1323. Ψ Ludovici Bavari Imp.

118. Stephanus Dux Bav. ✠ 1377. Ψ Elisabeth. Reg. Ung.

127. Postquam An. 1137. Grad. 19. Lotharius Imper. ex stirpe Querfurtensi,

128. Non procul Tridento obijt.

129. Statim inter ejus generum nomine Hẽrici Superbum Elect. Saxoniæ & Duc. Bav.

130. Et inter Conradum de Hohenstauffen DucemSveviæ dimicatum est,

131. Quod Imperium tandem obtinuit Conradus III.

132. Fridericus I. Barbarossa Rom. Imp. ✠ 1190. Ψ Beatrix Burgundica.

133. Henricus VI. Rom. Imper. ✠ 1197. Ψ Constantia Regina Siciliæ.

134. Fridericus II. Imp. Roman. † 1250. Ψ Mechtildis Regina Angliæ.

135. Margareta filia † 1271. Ψ Alberti Land. Turin: & March. Misn.

136. Friderico Lãdg: Thuringiæ, & Marc. Mis. ✠ 1326. Ψ Elisabeth de Arnschaug.

137. Fridericus Lãdg: Thurin: March. Misn: ✠ 1349. Ψ Mechtildis Dux Bava.

138. Elisabeth horum filia † 1375. Ψ Friderici Burg. Noribetg.

Stemma Henrici VII. Caroli IV. Sigismundi Rom. Imp. Posteritas, Gradu 151. 153. 154.

148. Omnia sequentia nota erunt adducta succession.

149. Nam cum Albertus Imperator occisus fuisset,

150. Tunc ex Luxemburgensibus Cæsar electus est,

151. Henricus VII. Rom. Imper. † 1313. Ψ MargaretaBrabant:

152. Joannes C. Luxemburg. RexBoh. ✠ 1346. Ψ Elisabeth R. Bohem:

153. Carolus IV. R. I. ✠ 1378. Ψ Anna vel Johanna Ducis. Siles.

Bibl. fac.

Tab. 6.



LEOPOLDUS I.

ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS, HUNGARIÆ & BOHEMIÆ REX.

Ex XXXIII. Habsburgicis descendens.

Hanc Tabulam primus olim concinnare germanicè aggressus Wurffbaim J. U. D. quam explicatam correxit, & auxit

Bohuslaus Balbinus S. J.

Tab. 7.

Bibl. Jag.

M — Joachimus Episc: Brandebur: ✠ 1562.

M — Henricus II. Dux Münster: Oelsnic. & Oppav: † 1548. ♆ Margareta F. Henrici D. Mechelburg.

M — Joannes Oelsnæ Dux ✠ 1565. ♆ I. Christina Christophori de Ssidlowitz E. II. Margareta Brunsvic.

Carolus II. Dux Münsterb. sup. Capit. Silesiæ.

Henricus III. ✠ 1587. sine liberis.

Carolus Christophorus Dux Münsterb: ✠ 1569.

Henricus Wencesl. Oelsnæ & Bernstadæ Dominus supr. Capit. Silesiæ

Carolus Fridericus Oelsnæ Dux.

Elisabeth F. unica & ultima suæ stirpis. Proles brevis vitæ. ♆ Silvius Nimrod Dux Wirtenber.

TABULA
DUCUM RATIBORIENSIUM.

Przemyslaus Ladislai (de quo in Ducibus Tessinensibus egi. qui vixit A. 1272.) Filius. Ratiboriæ primus Dux.

Lesco Dux Ratiboriensis ✠ sine liberis.

Euphemia Priorissa Dominic: Ratiboriæ.

Anna ♆ Nicolai II. Ducis Oppaviæ, de quo postea.

Joannes I. Ratiborienſis Dux. ♆ Anna.

Nicolaus III. Lübschicij D. ✠ sine liberis.

Joannes II. Ratiborienſis & Münster: Dux ♆ Helena Lithvana.

Nicolaus IV. ✠ improlis.

Nicolaus V. Dux Jägendorfi.

Wenceslaus Ratiboriæ Dux. ♆ Margareta.

Joannes Canonicus.

Wenceslaus Fatuus Ribnicij D.

Barbara ♆ I. Joannis D. Sslivicij vel Glivicij. ♆ II. Georgij de Sselnberg.

Joannes III. Ratiboriæ Dux ♆ Magdalena Tessinensis.

Nicolaus VI. Ratibor: Dux ✠ sine prole.

Nicolaus VII. ✠ 1506.

Joannes IV. ✠ 1506.

Valentinus ultimus Dux Ratiboriæ ✠ 1516.

Stirps tota extincta.

TABULA
DUCUM OPPAVIENSIUM, QVI EX DIVERSIS FAMILIIS PRODIERE.

Mieczislaus I. Dux Tessinensis, qui unà Oppaviam tenuit. † 1211.

Casimirus I. † 1234. ♆ Viola.

Meczislaus II. † 1246. ♆ Judith, † sine liberis.

Wencesiaus Ottogarus Rex Boh. caducum Ducatum Oppaviensem dedit Notho suo qui † sine liberis. postea dedit alteri Nicolao itidem Notho Przem yslaus Rex Bohemiæ. Sit igitur

Nicolaus I. Nothus Ottogari V. Regis.

N

Nicolaus II. Oppaviæ Dux. ψ I. Anna Przemislai Ratiboriæ Ducis Filia. II. Gutta.

Joannes I. Oppavien: Dux. qui cessit Oppaviam fratribus suis ex Guta natis. | Nicolaus III. Libsficij D. | Wenceslaus I. † 1381. sine liber: | Przemyslaus Dux Oppav. † 1433. ψ Anna Bernardi Ducis Oppol: filia.

Wenceslaus II. Oppav. Dux. ψ Elisabeth. | Nicolaus IV. | Wilhelmus Oppaviæ Dux cogn: Latrocinator. | Ernestus Canonicus Wratisl: Cantor S. Cruc: † 1478. | Przemyslaus Przemyslaus | Agnes ψ Joannis Krawarzij de Giczin 1433.

Wenceslaus III. Oppaviæ Dux † 1469. sine Posteris. | Joannes Lubsficensis post fratrem etiam Oppavienſis Dux † 1480. circiter, sine liberis. | Anna ψ Joannis ab Hazmburg, ex qua posteri Hazmburgici.

Stirps extincta.

His extinctis Wladislaus Boh: Rex dedit hunc Ducatum fratri suo Sigismundo I. cum Glogovia & Sagano; postea cùm esset Sigismundus Rex Poloniæ factus, dedit alteri fratri suo Alexandro. Deinde varij Duces Oppaviam habuerunt, ùt Victorinus Münsterbergæ & Oppaviæ Dux A. 1485. ita speculum Morav: Papr: f. 423. Reperitur etiam Joannes (Hanzlik) Corvinus Oppaviæ & Liptaviæ Dux. Habuêre etiam Kravarzij aliquando, quia soror Ducum Agnes fuit in Conjugio Joannis Kravarz. Postea ad Lichtensteinios Ducatus pervenit, cum Carnovia &c.

TABULA
DUCUM JAGENDORFENSIUM.

Joannes March. Brandeburg: filius Alberti Achillis frater Friderici. Elector.

Joachimus I. ejus nominis Elect. Brandeb: † 1536.

Joachimus II. Elect. † 1571. | Georgius Pius Onspacensis ψ Hedwigis Caroli Münsterbergensis F. Primus Dux Jägendorfi factus à Rege Ludovico.

Joannes Georgius Brandeb. Elect. † 1598. | Georgius Fridericus March. Onspacensis & Jägendorfen: † sine prole, etsi duas Conjuges habuerit.

Joachimus Fridericus Elector, ad quem post mortem Georgij Friderici Jägendorfium est devolutum.

Joannes Sigismundus Elector. | Joannes Georgius Marchio Jägendorfensis, qui ob arma adversus Cæsarem Ferdinandum II. lata amisit Jägendorfium.

Georgius Wilhelmus Marchio Brandeburg: Elector, † 1640. | Ernestus Marchio Brandeburgicus Dux Jägendorfij † Cœlebs 1642.

Fridericus Wilhelmus Marchio Brandeburg: Elector. hodie superstes.

Tab. 8.

Bibl. reg.

K

Wenceslaus Adamus Dux Teſſinenſis & majoris Glogov: ✠ 1579. filius Wenceslai III. ♆ I. Maria de Pernſtein. II. Sidonia Catharina Angriæ & Weſtfaliæ Duc: Franciſci I. Sax. D. F.

Anna ✠ parvula. | Fridericus Caſimirus Dux Teſſin. ✠ 1571. ♆ Catharina F. Friderici Ducis Lign: | Sophia ✠ parvula. | Chriſtianus Auguſtus ✠ Infans. | Sidonia Maria ♆ Friderici Duc: Lign: | Anna Sibylla ✠ | Adamus Wenceslaus Dux Teſſinenſis, & Glogov. ✠ 1617. ♆ Eliſabeth Duciſſa Curlandiæ.

Catharina ✠ Virgo. | Adamus Gothardus ✠ infans. | Anna Sidonia ✠ infans. | Eliſabeth Lucretia ✠ 1653. Conjux Gundaccerus Pr. Lichtenſtein. | Fridericus Wilhelmus Dux Teſſin. & Glogov. ultimus ſuæ Familiæ obiit 1625.

Ferdinandus Joannes Lichtenſtein Crumlov. in Moravia D. ✠ 1666. ♆ Doroth. C. de Ladron. Proles nullæ.

NB. Eleazarus Tiliſch Principum Teſſinenſium Secretarius circa initia hujus ſæculi, typis edidit Genealogiam Ducum Teſſinenſium, multum ab alijs Authoribus differentem; ego probabiliora in hac Tabula ſum ſecutus.

TABULA
GLOGOVIÆ SAGANI & CROSNÆ DUCUM.

Conradus III. Glogoviæ Dux frater Boleslai Calvi, ùt dixi Tabulâ I. cæpit regere A. 1255. ♆ Salomena Miſniæ Duciſſa. alij dicunt hanc Salomenam fuiſſe F. aut Sororem Przemislai Croſnenſis Ducis; alij primam Uxorem Brigittam, ſecundam Salomenam vocant.

Primislaus Sagani & Sprottæ Dux occiſus ad Cracoviam A. 1290. | Henricus III. cogn: Fidelis Glogov: & Olſnæ D. ✠ 1309. ♆ Mechtildis Alberti Ducis Brunſvicenſis F. | Conradus IV. Dux Stinaviensis Elect: Archiep. Salisburgenſis, quem Archiepiſcopatũ recuſavit ✠ 1304.

Henricus IV. Sagan. Dux, &poſt obitum fratris Przemyslai Glogov. ✠ exul A: 1333. ♆ Mechtildis F. Hermanni March. Brandeb: | Conradus V. Dux Wohlavien: & Stinavienſ. ✠ 1360. | Joannes Stinaviæ & Guræ Dux ✠ ſine liberis. | Przimislaus Glog: Croſnæ & Fraunſtadij Dux ✠ ſine liberis. A. 1331.

Henricus V. cogn. ferreus Princ. Sileſiæ D. Guræ, Sagani, Croſnæ &c. Jeroſolimis peregrinus ✠ 1369. ♆ Catharina F. Leopoldi Archid: Auſtriæ. | Conradus VI. Princ. Olſnic. Stinavienſis & Gurenſis ✠ A. 1395. de quo in ſequentibus.

Henricus VI. Princeps Sileſiæ Dom: Sagani, Croſnæ, Swei- | Henricus VII. cogn. Rapoldus Glogoviæ Dux & | Henricus VIII. propter fæcunditatem cogn. Paſſer, Dux Freü- | ♆ Duciſſa Oppolij & Ra-

L | L | L | L

L — busij ✠ sine liberis 1384.

L — Stinav. & Guræ ✠ sine liberis. 1398.

L — stadiensis & Sprottensis, postea etiam Glogov: & Crosnensis: & Saganensis ✠ 1395.

L — tiborij Bernardi F.

Joannes Sagani Dux ✠ 1439. ♆ Scholastica Thuringiaca.

Henricus IX. in Dania peste mortuus 1423.

Wenceslaus Crosnæ D. à rupto Tormento juvenis interiit.

Henricus X. Dux Glogov: & Freüstadiensis, post fratrem etiã Crosn: ✠ 1467. ♆ Hedwigis.

Wenceslaus Dux Sagan. ✠ Cœlebs Wratislaviæ An. 1488. ad S. Margar: sepultus.

Rudolphus Dux Sagan. strenuè pugnans in prælio Polonico occisus 1454.

Balthasar in carcere ✠ A. 1472. carüit liberis.

Joannes ultimus Sagan: Dux ✠ Wohlaviæ A. 1504. in summa paupertate.

♆ Catharina F. Wence: Duc: Stinavienſ:

Henricus XI. Dux Glogov. & Freüstadij ✠ Freüstadij 1476.

♆ Barbar: Alberti March. Brandeburg. F.

Salome Alberti uxor. Fratrum & Ducum Münsterbergensium.

Hedwigis ♆ Georgij.

Anna ♆ Caroli.

Margareta ♆ Dñi Ssvihowsky.

Anna ♆ Alberti Cõ. Rupinensis.

Margareta ♆ Conradi Cõ: de Mansfeld.

Anna ♆ Joannis II. de Rozmberg quæ ✠ 1483. è qua Posteri Rozmbergici.

Elisabeth ✠ Virgo.

Stirps tota Ducum Glogoviæ, Sagani, Crosnæ &c. perijt.

STEMMA DUCUM OELSNENSIUM,

& postea Münsterbergensium.

Conradus I. Dux Oelsnensis, de quo in superiori Tab. F. Henrici III. ♆ Elisabeth Henrici VI. Wratislaviensis Ducis ultimi F.

Conradus II. Prin. Oelsnensis, Stinaviensis & Gurensis ✠ 1395.

Conradus III. Albus cogn. captus in Prussia à fratre & à filio ✠ 1452.

Conradus IV. Wohlaviæ & Stinaviæ Dux ✠ 1431.

Conradus V. niger primus Dux Canthi ✠ 1452.

Conradus VI. Episcop. Wratislav. ✠ 1447.

Conradus VII. Niger II. Dux Rösel ✠ 1471. sine liberis.

Conradus VIII. Albus II. Wohlæ & Oelsæ Dux ✠ 1492. sinè liberis.

Wenceslaus Dux Stinaviensis & Wohlaviensis ✠ sine masculæ prole A. 1474. ♆ Salome Baron. de Czastolovicz, ex qua unica filia Catharina ♆ Joannis Ducis Pribusienſis & Sagan.

Interiit hæc Familia.

VVladislaus Rex Boh. successit, deditque Ducatum Oelsnensem Münsterbergijs Ducibus ad An. 1495.

Victorinus Dux Münsterberg:

Hinko Dux Münsterbergensis ✠ 1491.

Henricus Dux Münsterbergensis ✠ 1498.

Bartholomæus 1515. submersus in Danubio.

Carolus I. Gubernator Boh. supr. Capit. Silesiæ ✠ 1536.

Albertus Glacij Dominus ✠ 1511.

Georgius Oelsnæ Dux ✠ 1502.

Hi habuerunt tres sorores Ducis Sagan:

M

Jo-

Tab. 9.

Bibl. Jag.

GENEALOGICÆ TABULÆ
DUCUM SILESIÆ.

Sileſiæ Duces omnes à Piaſto Crusvicenſi Originem habuerunt, & hoc Ordine collocantur:

Piaſtus Koſſikonis filius ex ♆ Repicha.
Oppido Cruſvice, Poloniæ Gubernator. Rexit annis 59. ✠ æt: 120. A. C. 865.

Zemovitus ✠ A. C. 898. Gneſnæ.

Leſcus ✠ 917.

Zemomislaus Polonorum Monarcha rexit Annis 46. ſepultus Gneſnæ A. C. 964.

Mieczislaus ſeu Meſſiko primus Regum vel potiùs Principum Pol: Chriſtianus circa A. C. 965. ♆ Dambrovvka Boleslai Sævi Boh. Ducis filia. ✠ Mieczislaus An. C. 999. Regiminis 35. ſepultus Poſnaniæ.

Boleslaus primus Regiâ dignitate ornatus ab Ottone III. Imp: Gneſnæ A. C. 1001. regnavit 26. annis. vixit 47. ✠ 1025. ♆ 2. Juditha filia Geyſæ Ungarorum Principis.

Meczislaus II. ♆ Richſa Erenfridi Palatini ad Rhenum filia, rexit annis 9. ✠ Poſnaniæ An. C. 1034. æt: 44.

Caſimirus I. factus primò Monachus, poſtea à Polonis repetitus. ♆ Maria ſeu Dobrogniewa. ✠ 1059. Regni 18. æt. 43. Poſnaniæ humatus juxta Patrem & Avum.

Boleslaus II. Pol: Rex S. Stanislai occiſor; ideo Regno privatus. ✠ in exilio egens & miſer A. C. 1082. cui frater ſucceſſit

Wladislaus I. cognomine Hermannus, ſed ſinè Regis titulo rexit annis 20. ✠ 1102. ùt putat Reüſnerus æt. 58. ſepultus in Eccleſia Plocenſi. ♆ Judith filia Wratislai Ducis Bohemiæ.

Boleslaus III. cogn. Krziwouſtus ſive diſtortus Wladislai filius Ethnarcha Poloniæ, Dux Kracowiæ, Sendomiriæ, Siradiæ, & Sileſiæ ♆ Zbislawa filia Swatopluci Ducis Kigovienſis. ✠ An. Ch. 1139. ætat: 53. ſepultus in templo Plocenſi.

Wladislaus II. Poloniæ Ethnarcha. qui à fratre Boleslao Criſpo Regno eſt dejectus. poſtea per tranſactionem pacificam conceſſa illi & tradita eſt Sileſia. Unde ille omnium Sileſiæ Principum & Ducum Author eſt Parénsque. Ab hoc Wladislao II. omnes impoſterum Sileſiæ Duces deducemus, relictis Poloniæ Ducibus ac Regibus. Hoc ità intelligendum, quòd Duces ac Principes Sileſiæ Piaſtæi ab hoc Wladislao II. deſcendant.

TABULA
GENERALIS DUCUM SILESIÆ, QVÆ POSTEA EXPLICABITUR PER PARTES.

Wladislaus II. Princ. Pol. & Sileſiæ ♆ Chriſtina Henrici VI. Imp. F. ✠ 1159.

A B C

Bo-

Tab. I.

A

Boleslaus Altus Lignicij & Wratislaviæ Dux. † 1201. ♆ Wenceslava Moskovitica. ♆ II. Adelheis Conradi Svevi Imp: Conjugis Soror.

B

Meczislaus Dux Teſſinij, Oppolij & Oppaviæ. de quo poſtea.

C

Conradus I. Claudus Glogoviæ, Sagani Dux † ſinè liberis Anno 1178.

Duces Oppolienſes, Oppavienſes, Glogovienſes, Saganenſes vide in ſeq. Tab:

Jaroslaus Epiſcopus Wratislavienſis, qui donavit Niſſam Epiſcopatui † 1221.

Henricus I. Barbatus, Dux Sileſiæ Inferioris, ♆. S. Hedwigis † 1238.

Henricus II. Pius, qui à Tartaris cæſus eſt, reliquit filios 4. & filias 5. † 1251. ♆ Anna F. Przemyslai Ottogari III. Bohemiæ Regis.

Boleslaus † Cœlebs.

Conradus II. † ſinè liberis.

Henricus III. Dux Wratislaviæ † 1266. ſepultus ad S. Claram Wratislaviæ. ♆ Judith Maſoviæ Ducis Conradi F.

Boleslaus Calvus Originarius Ducum Lignicenſium, de quo inferius Sig: ∞ ♆ Hedwigis Anhaltina.

Conradus III. Originarius Ducum Glogoviæ. ♆ Salomena Brigitta Miſniæ March:

Wladislaus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis Adminiſtrator Wratislavienſis † 1270.

Henricus IV. unicus filius Henrici III. Probus Wratislaviæ Dux. Ethnarcha Polon: Fundator Eccleſiæ S. Crucis, rexit uno anno, † ſinè liberis 1290.

Notanda: Boleslaus Altus ex Adelheide habuit præterea Conradum, Henricum, & Adelheidam Uxorem Theobaldi Marchionis Meraniæ, priores duo filij primâ ætate ſunt extincti.

Wladislaus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis fuit antè Wiſſehradenſis Præpoſitus.

Conradus III. An. 1270. Collegiatam Eccleſiam Glogoviæ transfert ad locum, ubi vetus Urbs ſteterat ad Inſulam. novam Eccleſiam ibi ædificat; Parochialem Eccleſiam dilatat, apud quam Dominicanis Cœnobium extruit. A. 1271. † Salomena &c. apud hos ſepelitur.

Henricus Probus ſeu IV. Wratislaviæ Dux poſt cædem Ottogari Glacium acquirit; duxit Conjugem Mechtildem filiam Ottonis Brandeburgici, qui fuit Tutor Wenceslai VI. Regis Boh. Voluit Thomæ Epiſcopo Wratislavienſi jam reconciliatus donare Wratislaviam, ſed ob alios Principes cognatos non eſt auſus iſtud perficere.

BOLESLAI CALVI HENRICI II. FILII GENEALOGIA DUCUM LIGNICENSIUM.

Sig: ∞ Boleslaus Calvus ſeu ſævus. Originarius Ducum Lignicenſium. ♆ Hedwigis ab Anhalt.

Henricus V. Craſſus cog. Dux Lignicij, Wratislaviæ & Jauroviæ, quam ultimam fratri donavit. † A. 1296.

Boleslaus Ssvvidnicij, pòſt etiam Jauroviæ Dux. de quo in ſequentibus † 1301.

Bernardus cognomine Celer † ſuìè Liberis An. 1280.

Henricus VI. Wratislaviæ Dux ultimus. hic Joanni Regi Boh: legavit ſuum Principatum † An: 1337.

Wladislaus mente emotus.

Boleslaus III. Lignicij & Brigæ Dux † 1342. ♆ Margareta Wenceslai Regis Bohemiæ filia, alij Catharinam Croaticam faciunt ejus uxorem, ſed malè.

Wenceslaus Dux Lignicenſis † 1364. ♆ N. Duciſſa Teſſinenſis Caſimiri filia. ſepultus in Collegiata Eccl: Wratisl: S. Joannis, quam fundavit.

Ludovicus Dux Brigenſis & Lubenſis fundavit Cathedralem Brigenſem † 1396. ♆ Hedvigis F. Henrici IV. Ducis Glogov: & Saga:

D

E

Biol. Fak.

Tab. 10.

D

Rupertus Lignicij Dux ✠ A. 1390. duxit Casimiri Regis Poloniæ filiam sinè prole.

Henricus Episc: Wladislaviensis Decanus Wrat. ✠ 1398.

Boleslaus ex Equo cadens ✠ sepultus apud Cartusianos.

Wenceslaus Wratislaviensis Episc: fundavit Collegiũ Canonic: Otmochoviæ.

E

Wenceslaus Brigæ Dux ✠ Cœlebs.

Henricus Stigmatias Brigæ & Lignicij Dux de quo in sequenti Tabula. sig: o

Notanda ad superiorem Tabulam.

Boleslaus Calvus sepultus cum uxore & Liberis Lignicij apud Dominicanos (quos fundavit) in choro Ecclesiæ.

Henricus Crassus jacet ad S. Claram Wratislaviæ, uti & Elisabetha uxor filia Boleslai Ducis Calissiensis, quæ † 1300.

Boleslaus III. factus Feudatarius Joannis Regis A. C. 1331. fundavit Cœnobium pro Minoritis Brigæ A. 1335. Vendidit Ducatum Grotcoviensem Episcopo Wratislaviensi Preczlao. Jacet in Cœnobio Leubensi in Sacello Ducali sub elevato Marmore expressius, cum Fundatione Candelæ ardentis in perpetuum.

Sig: o Henricus Stigmatias Dux Brigensis & Lignicensis ♆ Salomena F. Zemoviti D. Masoviæ.
filius Ludovici Ducis Brigensis.

Ludovicus II. Lignicij & Brigæ D. Dominus Trenczinienſis peregrinatur in Jerusalem, ✠ 1436. sinè Prole mascula. ♆ Elisabeth Brandeburgica.

Henricus IX. Dux Lubensis postea Lignicensis.

Ludovicus III. Lubenæ Dux ✠ 1431. ♆ Margareta Ducissa Oppolicnsis.

Rupertus Eques auratus Melitensis; Grandis Prior Strakonicij, vel potiùs Administrator.

Joannes Dux Lubensis ✠ ex mœrore A. 1453. ♆ Hedwigis ex dispensat. F. Ludovici II.

Henricus X. Dux Lubensis Goldbergæ Dominus ✠ Adolescens.

Fridericus I. ✠ 1488. ♆ Ludmilla filia Georgij Podiebradij Regis Boh:

Fridericus II. Dux Lignic: & Brigensis peregrinus Jerosolymis. ✠ 1547. ♆ Sophia F. Friderici Brandeburgici.

Joannes ✠ Adolescens.

Georgius I. Brigæ Dux ✠ sinè prolibus.

Fridericus III. filius Friderici II. ✠ 1570. ♆ Catharina Henrici Ducis Mechelburg: filia.

Sophia Dorothea ♆ Joachimi II. Brandeburgici Elect:

Georgius II. Dux Silesiæ, Lignicensis & Brigensis. ✠ 1586. æt. 63. ♆ Barbara Joachimi II. filia Marchion. Brand: Elect:

Henricus XI. ✠ 1588. ♆ Sophia Georgij Marchi: Brand:

Catharina ♆ Friderici Casimiri Ducis Tessinensis.

Fridericus IV. ✠ 1596. vide notas.

Joachimus Fridericus Magdeburg: Præpos: ♆ Anna Maria Anhaltina ✠ 1602. relicta prole.

Joannes Georgius Dux Wolavienſis ✠ 1592 ♆ Anna F. Christoph: Ducis Wirtembergici.

Joannes Christianus F. Joachimi Friderici Dux Brigensis. ♆ Dorothea Sibylla Brandeburgica.

Georgius Rudolfus itidem Friderici filius Lignicij Dux. Joachimi ♆ Sophia Anhaltina.

F G H I

Tab 10.

F — Georgius III. nat: Brigæ 1611.

G — Ludovicus IV. nat: Brigæ. 1616.

H — Rudolfus nat: Brigæ. 1617.

I — Christianus nat: Brigæ, 1618.

Georgius Wilhelmus Dux Silesiæ in Lignicz, Brig & Volavia ultimus Princeps hujus Familiæ ✝ 1675. 21. Novembris.

Notanda in superiorem Tabulam.

Elisabeth Ludovici II. uxor secunda fuit filia Friderici primi Electoris è Brandeburgicis. Filias habuit duas Hedvigem, & Magdalenam. Fundavit Ludovicus II. Carthusiam ante Lignicium, quam evertit postea Fridericus III. A. 1548.

Joachimus Fridericus, quem sterili Conjugio usum affirmat Reüsnerus, apud alios Genealogistas filios suscepit duos, quod ego secutus sum.

Fridericus II. primus ex his Ducibus Luthero adhæsit; sub quo A. 1531. 9. Octobr. die Veneris ultimum Brigæ cantatum est sacrum. Dominicâ verò ante festum Michaëlis rubra pallia deponunt, & in hæresi suo Duci se accommodant.

Hujus Friderici III. filias Catharinam nuptam Friderico Tessinensi omnes admittunt, alij alteram filiam Helenam fuisse scribunt, quæ data sit in Matrimonium Sigismundo Kurtzbachio Baroni Milicensi.

Wilhelmus junior de Klenova & Janovic Eques S. C. Consil. Assessor Judic. Reg. Boh. olim Vice-Scriba Regni.

♆ I. Anna Waclava Janovska de Janovicz.

♆ II. Catharina Ludmilla Janovska de Janovicz.

Helena devotissima Virgo ✠ in bona senectute Klatoviæ.

Eva Euphrosyna ♆ D. Adami Baronis Teirzovsky.

Joannes Gregorius. ♆ Maximiliana de Klenova.

Wilhelmus ✠ sine hærede.

Hartmannus Ignatius Comes de Klenova D. in Raupov. ♆ Kryselda Nebylovska de Drahobuz.

Petrus ✠ sine hærede.

anna Elisabeth D. Wolff Perg- D. in Niemcz.

Maximiliana Mariana nupta primò Domino Przichovsky. II. Comiti de Klenova.

Catharina Eleonora de Klenova & Janovicz habuit tres maritos I. Jaroslaum Comitem Kotz, ex quo Filia. II. Baronem de Svarova. III. Maximilianum de Guttenstein ex quo nihil.

Hermannus Rudolfus Eques de Klenova & Janovicz ✠ Apæs. A. 1654

Veronica Polyxena ♆ D. Horsicky.

Posteritas Nepotum.

Wilhelmus Franciscus C. de Klenova. ♆ Susanna Franciscа Hartmaniana de Klarstein.

Hartmannus C. de Klenova & Janovicz.

Joannes Franciscus.

Franciscus Antonius.

Tres Filij mortui

Plura de hac Illustrissima Familia invenies in Stemmatographia.

Illustrissimæ Familiæ offerebat.

Bohuslaus Balbinus S. J.



Postquam Parte II. hujus Tabularij Regias & Principales Fam *Europæ ad Sangvinem S.* Ludmillæ *revocâssem & Genealogicè demonstrâssem: omnes illas per Matres à* Borzivoio *& S.* Ludmilla *primis in Bohemia Chris* *Principibus descendere, cogitare cæpi: an Proceres etiam nostros ad eum sangvinem & Genus per Matres deducere possem, & tentandi gratiâ laborem h* *umpsi, invenio, nullam esse ex veteri Bohemia illustrem Familiam, quæ vel ex Borzivoio & Ludmilla Principibus nostris, vel ex eorum Familia originem m* *nam suam (etsi à mille annorum spatio) non doducat, idq; aliquod Tabulis sequentibus Genealogicè demonstro. Id tamen inprimis postulo mihi dari, Gutten* *ex S. Ludmillæ & Comitum Mielnicensium prosapia genus deducere, quod Parte primâ hujus secundi libri clarè & Genealogicè nominatis omnibus Majorib* *Tabula* Guttensteiniana *demonstravi, idque omnes omnino Bohemiæ Genealogistæ Pa-procius &c. tum historici ut* Hagecius, Dubravius, Pessina, & *grius alij; omnes confirmant.* *Sit igitur*

TABULA. I.

Quæ Genealogicè brevissimè demonstrat, Proceres Bohemiæ: omnes S *rgios, item Martinicios, & per hos VVrbnæos ac VVrtbæos Comites, Fæminina lineâ, ex Slavibore Comite, S. Ludmillæ Martyris Patre, per Comites de L* *seu Guttenstein descendere. Idem probari potest de omnibus ferè Procerum in* *emia Familijs.*

Getrzich alijs Joannes Georgius S. R. I. Comes de Guttenstein. Ψ Agnes de … F. D. Henrici de Smirzicz, & Catharinæ de Kolovrat; neptis Margaretæ Principissæ de Plaven … Bo… lisnensis &c. alijs ex Margareta Baronissa de Waldburg.

Margareta Comitissa de Guttenstein. Ψ Adami Rzepiczky de Sudomirze D. …

Catharina Rzepiczkia de Sudomirze. Ψ Zdenkonis Baronis de Sternberg, D. in … Lnarz, Maximiliani II. Conf. sum. Judicij Assessoris.

Stephanus de Sternberg D. in Postel-berg, sup. Præses Cameræ, Capitan: Feudorum Germanicorum. Ψ Veronica Baron. de Weitmil, hæres Postelbergæ, F. Jaroslai de Weitmill, & Elisabethæ de Zierotin.

Adamus … hora & … Consil. … sternberg, D. in Bechin, Zelena … Machiæ & Ferdinandi I. Intim. R. Boh. Ψ I. Eva de Lobkovicz Filia Joannis de Lobkovicz & Johannæ Novohradsky de Kolovrat. Ψ II. Maria Maximiliana C. de Hohenzollern filia Caroli C. de Hohenzollern & Euphrosynæ Comit: de Oeting.

Rudolfus de Sternberg, D. in Postelberg, Miressovicz & Za… Ψ Helena Eustachia Krzineczkia Bar. de Ronov.

Maria Eusebia de Sternberg. Ψ D. Jaroslai Borzitæ Comitis de Martinicz supr. Burg. Prag.

Franciscus de Sternberg D. in Bechin, Grünberg Budin Libochovicz. sup. Judex R. Boh. Ψ Ludmilla Benigna Kavkiana Rziczanskia de Rziczan.

Wratislaus Adolfus Comes de Sternberg, Burgravius Reg. Boh. D. in Zasmuk &c. Eq. Aur. Vel. Ψ Lucia Comitissa Slavatina.

Bernardus Ignatius C. de Martinicz, Eq. A. Vel. supr. Burgr. Reg. Bohem. Ψ I. Veronica Polyxena de Sternberg. II. Dietrichsteinia.

Maximili… C. de Mart… fectus Reg… Catharina B…

…tinus Præ-…ana

Elisabeth Corona de Martinicz Ψ Floriani Theodorici C. de Zdiar.

Barbara Eusebia de Martinic. Ψ Sezymæ Comitis Wrtby.

Ursula Polyxena de Martinicz. Ψ Wenceslai Holiczky C. de Sternberg.

Wenceslaus Adalbertus. Joannes Norbertus. Ignatius. CC. de Sternberg Fratres.

Posteritas Sternbergica.

Maria Elisabeth & Teresia Conjuges C. de Wrbna.

Jaroslaus Ψ sine prole.

Georgius … Adamus.

…dus Ma-…s.

Filiæ complures diversis Comitibus nuptæ.

Posteritas Zvrtbæa Joannes &c.

Posteritas Sternbergica.

Posteritas Wrbnæa.

Posteritas M…

Posteritas Ssvihovskiana. & Comitum de Millesimo &c.

TABULA II.

Quæ Genealogicè demonstrat Proceres Kavkas *de Rziczan, & per eos* …bergios, *tum parte alterâ* Libsteinskios de Kolovrat, *ab Alberto de* Kolovrat *genitos) à* Slavibore *Comite Mielnik seu de Gutten* … *riginario (ut parte I. probatum est) per Matres descendere.*

Nicolaus Kavka Rziczansky Baro de Rziczan D. in … & Czechnic. Ψ Maria Magdalena C. de Guttenstein.



TABULA III.

Quæ probat Proceres de Talemberg ex Prosapia Stillæ per Kavkas de Rziczan lineâ fœmineâ procedere.



TABULA. IV.

Quæ demonstrat Illustrissimam Familiam Lobkovicianam, & ex ea Comitum Kocz, Rziczanianam, & per hanc VVrtbæam, Pötting; item Familiam Trczkianam & per eam Comites de Götzen; nec non Virgicam, à Patre S. Ludmillæ Slaviboro Comite de Mielnik, lineâ fœminea descendere.



TABULA V.

Quæ Genealogicè demonstrat Illustrissimos Comites Schlickios, de Turn, Br omites de Collalto, Kevenhilleros, Altheimbios, Zinzendorffios, VValdstei- nios, sine Comitibus de Guttenstein, non posse Majores suos adducere ere, atq; adeò per Matres à Slaviboro *Patre S. Ludmillæ descendere.*

Burianus II. Comes de Guttenstein. Ψ Si Sigonia, Sidonia) Com. de Ortenburg.

Elisabeth Comitissa de Guttenstein. Ψ Caspari Schl itis de Passaun & Weisskirchen D. in Schlackeverdt.

Henricus Comes Schlick. Ψ Hippolyta Comit: ab Hohenloë. A

Hieronymus Comes Schlick. Ψ Catharina Com. de Gleichen. B

Stephanus C. Schlick qui A. 1526. cum Rege Ludovico occubuit. Ψ Margareta Pflugia Bar. de Rabstein. C



A

Henricus Comes Schlik
Ψ Catharina Comitissa de Gleichen.

Georgius Ernestus C. Schlick. Ψ Sidonia Baronissa de Wels.

Henricus C. Schlick S. C. M. Int. Conf. Præses Consilij bellici. Ψ Anna Maria Com. de Salmis & Neoburgo.

Franc: Ernestus C. Schlick Ψ I. Maria Ungnadiana. Ψ II. Helena Maximiliana de Traudisch.

Franciscus Josephus.

Leopoldus Antonius Josephus

Posteritas Schlickiana.

B

Barbara Comitissa Schlickiana
Ψ Francisci Comitis de Tu...

Martinus C. de Turn. ΨAnna deRogendorff.

Posteritas.

Turniana.

Hieronymus de Turn.

Wenceslaus Comes de Turn. Ψ Anna Comitissa ab Hardegg.

Susanna. Ψ Seifridi Breiner Baronis.

Breineriana.

Bianca Polyxena. Ψ Ramb aldi Com. de Collalto.

Claudius & Antonius CC. de Collalto.

Collaltiana.

Vitus Henricus C. à Turn.

Henricus Man... de Turn.

Franciscus ...tas Henricus in... C. de Turn.

iterum Turn...

C

Sibylla Comitissa Schlickiana.
Ψ Adami Bar. de Wartmberg, filij D. Joannis supr. Burgr.

Bianca Ludmilla C. de Turn. Ψ Bartholomæi Kevenhiller ab Eichberg.

Franc: Christophorus Kevenhiller ab Eichberg, C. in Franckenburg Eqv. A. Vell. Ψ I. Barbara Baron: Teüffliana.

Carolus C. Kevenhiller.

Maria Barbara C. Kevenhilleriana. Ψ Alberti D. de Zinzendorff.

Ferdinandus & ...iscus C. de Zinzend...

Zinzendo...

Catharina Comitissa de Turn. Ψ Quintini ab Altheimb.

Posteritas ab Altheimb & multi nepotes.

Altheimbiana.

Magdalena de Wartmberg. Ψ Joannis de Waldstein, D. in Hradek, Lovosicz, S. C. M. Consil. & supr Camerarij Boh.

Adamus de Waldstein S. C. M. int. Consil: supremus Burgravius Regni Bohemiæ. Ψ I. Elisabeth de Waldstein.

Rudolfus.

Ladislaus.

Posteritas.

Maximilianus C. de Waldstein supr. Camer. Ferd. III. Ψ I. Cath. C. ab Harrach.

Ferdinandus supr. Cam. Reg. Boh.

Waldsteiniana.

Franciscus Augustinus E. A. V.

Carolus Eq. A. Vell.

Ψ II. Maria Polyxena de Tallmberg.

Joannes Victorinus. & Carolus.

Ψ II. Johanna de Zerotin.

Joannes Fridericus Archiep: Prag. & aliquot ejus sorores.

Franciscus Christophorus

TABULA. VI.

Quæ Genealogicè demonstrat Comites Holicky de Sternberg, Fuggeros Kirchberg & Fürstenbergicos, per Matres Guttensteinias à Slaviboro Comite Mielnicensi Patre Ludmillæ descendere.

Sidonia vel Sigonia Comitissa de Guttenstein

Joannis Holiczky Baronis de Sternberg.

Ottogarus Holiczky de Sternberg. Ψ Anna de Raupova

Anna de Sternberg. Ψ Alberti Comitis de Guttenstein.

Ad hoc Ottogaro descendunt Holiczkij de Sternberg quos retulimus.

Posteritas Sternbergica.

Dorothea de Sternberg. Ψ Christophori C. de Fürstenberg.

Wratislaus C. de Fürstenberg n. 1600. Ψ I. Joanna Eleonora C. ab Helffenstein.

Ψ II. Franciscа Carolina Comitissa ab Helffenstein.

Dorothea Eleonora. Ψ Joannis Evsebij Fugger C. de Kirchberg.

Fuggerorum Comitum.

Franciscus Christ...us C. a Fürstenberg

Posterit...

Frobenius Maria n. 1627.

Fürstenbergiorum.

Joannes Maximilianus.

Franciscа n. 1638.

Joannes Martinus C. de Fürstenberg. n. 1640.



TABULA VII.

Quæ ostendit Sangvinem Slavibori Comitis Mielnicensis Patris S. Ludmillæ, Comites Schlickios, in Comites ab Eberstein; item per eosdem Eberstеinios Comites in Barones Schenkios de Tauttenberg, & Comites de Mansfeld, ac rursus per hos, in Principes & Comites Dietrichsteinios & Comites Trautson influxisse: item Dominos de Lippa olim hæreditarios Marescallos Regni Boh[emiæ] nec non Barones de Raupova superstites ex eodem sangvine per fœminas descendere[nt]a Geneal Bucell.

Burianus II. Comes de Guttenstein. [Ag]ionia vel Sidonia Comitissa ab Ortenburg,

Elisabeth Comitissa de Guttenstein. [Ca]spari Schlick Com. de Passaun & Weiskirchen.

Walpurgis Comitissa Schlickiana. Ψ Georgij Comitis ab Eberstein qui n. est 1512. † 1554.

Stephanus Comes Schlick, qui [15]26. cum Rege Ungariæ Ludovico ad Mohacz occubit.

Henricus Comes Schlick. Ψ Hippolyta Comitissa ab Hohenloë.

Ludovicus Comes ab Eberstein. Ψ Anna C. de Mansfeld.

Wolfgangus C. ab Eberstein. Ψ Anna Comit. Lippiensis.

Stephanus Henricus Comes ab Eberstein n. 1543. [I]ses fuit Cameræ Imperialis. Ψ Margateta Landgra[v] Posteritas Stephani Virilis interijt.

Sibylla Comitissa Schlickiana. Ψ II. Adami D. de Wartemberg, filij D. Joannis Burgr. Regni Boh.

Caspar Com. Schlick. Ψ Elisabeth D. de Wartemberg.

Georgius Casparus C. ab Eberstein n. 1565. Ψ Cunegunda Comitissa Schlickiana ducta 1567. Ϯ 1634.

Albertus C. ab Eberstein. n. 1567. Ψ I. Dorothea Distelmayerin. Ψ II. Cordula de Wedeln.

Agnes Comitissa ab [E]berstein. Ψ I. Ernesti C. ab He[l]in. Ψ II. Burckardi Schen[k] e Tauttenberg.

Magdalena D. de Wartemberg Ϯ 1562. Ψ I. Joannis D. de Waldstein (vide Arbor: Waldst:) Ψ II. Joannis D. de Lippa qui Ϯ 1594.

Sibylla Comitissa Schlickiana. Ψ Zdenkonis Bar. Kragirz seu de Kreigg vel Kreida.

Anna Maria C. ab Eberstein. Ψ Friderici Bar. de Lamingen ita Bucell: in Ebersteinijs.

Ludovicus Christophorus Comes ab Eberstein.

Georgius III. C. ab Eberstein.

Sophia Schenkiana Baronissa [T]auttenberg. Ψ Wolfgangi Comit. de Ma[n]

Pertholdus Bohubud de Lippa. D. in Moravico Crumlov, hæreditarius Marescallus Reg. Boh.

Anna Baronissa de Kraid seu Kragirzia. Ψ Wilhelmi Bar. de Raupova, D. in Latonovicz.

Carolus Adamus C. de Mansfeld.

Sophia Agnes Comitissa de Mansfeld. Ψ II. Maximiliani Princ. de Dietrichstein.

Christi[n]a [C]omitissa de Mansfeld. Ψ Joannis Francisci Com. Trautson Gubernatoris Viennæ.

Czeniek D. de Lippa. Ψ Principissa Lignicensis.

Zdenko de Raupova D. in Budkov

Franciscus Antonius S.J.

Maria Josepha Ψ Raimondi C. Montecuculi Generalis.

Sophia. Ψ I. Francisci Evsebij C. de Pötting. II. Wenceslai C. de Lobkovicz Bilinensis.

[Ju]ppus Sigismundus C. à Dietrichstein. [Ba]ronissa Hoffmannia.

Posteritas.

Posteritas.

Posteritas.

Proles mortuæ.

Posteritas.

FINIS PARTIS III.

TABULARIUM
STEMMATOGRAPHICUM,
SEU
GENEALOGICÆ TABULÆ REGNI BOHEMIÆ
Nullo antiquitatis aut dignitatis Ordine positæ;
MISCELLANEORUM HISTORICORUM DECADIS II. LIBRI II. PARS IV.

AUTHORE
BOHUSLAO BALBINO SOCIETATIS JESU.

VETERO-PRAGÆ: Typis Georgij Labaun, 1688.

ARMA GENTILITIA ILLUSTRISSIMÆ & EXCELLENTISSIMÆ STIRPIS PROCERUM DE WALDSTEIN.

Magnanimi *quatuor* præcelsa in rupe *Leones*
Cæsaream servant & venerantur *Avim*;
Has sibi delegit soboles Waldsteinia rupes; (*a*)
Inde Leoninos misit in arma Viros. (*b*)
Assveta est duris & tendit in ardua virtus,
Has etiam rupes *fulminis ales* amat. Aquila
Maxime Cæsar! in hoc tibi crescunt *monte Leones*:
In tot *VValdsteniis* castra *Leonis* habes.

(a) *Arces à Waldsteinijs conditæ nominantur.*
(b) *De militari virtute hujus stirpis & 24. fratribus Waldsteinijs sub Ottocaro R. in Prussia militantibus. V. Tract. de Waldst.*

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO D. D.

ERNESTO JOSEPHO

SAC. ROM. IMP. COMITI DE

WALDSTEIN,

HEREDITARIO DOMINO IN ZWIRZETIC, STUDENKA, MINCHGRATZ, WALESSOW, FIRSTENBRUCK, SOLECZ, WEISWASSER, HIRSCHBERG, PIRGLITZ, NISBURG, SKAL & TURNOVIÆ SUPRA GISERAM &c.

S. C. MAJ. ACTUALI

CONSILIARIO, CAMERARIO,

ET REGIO

LOCUMTENENTI

IN REGNO BOHEMIÆ.

DOMINO MEO PLURIMUM COLENDO.

INgrati, parum memoris & propemodum injurij Scriptorisnotam contraherem, Illustrissime & Excellentissime COMES, si in his meis Genealogicis Tabulis, quas de Nobilitate Bohemica plurium annorum spacio congestas publici juris facio, *Tuum* & altissimæ *VValdsteinio-rum* Familiæ nomen non appareret. Nam sicut in *justitia attributiva* (apud Theologos) reprehensionem effugere non possunt, qui delectis dignioribus, parum dignos honoribus & Magistratibus admo-vent, imò (ex severiore Canonum intellectu) graviter in justitiam delinquunt, qui indignos dignissimis affectu aliquo intransversum acti in Ecclesiasticis honoribus obtinendis & Infulis, præponunt; nisi præsens Ecclesiæ status, authoritas virtutis, innocentia & sanctitas vitæ Nobilitatis commendatio aliud postulare videatur; perinde (*si parva licet componere magnis* & profana sacris) aliquam injuriæ speciem admittit, qui in enumeratione Illustrium Familiarum, in earum gloria describenda occupatus, non aliquam in Illustri dignitatis loco positam, & in *Auge honoris* stantem, quam omnes retrò ætates ob virtutem cæterásq; heroum dotes coluerunt, ipse ignavo silentio, aut inexpiabili oblivione prætereat. Quis enim tam peregrinus & hospes in Patria invenietur, qui *VValdsteinios* ignoret? audeo scribere: *Bohemiam nescit qui VValdsteinios ignorat*! cui unquam Familiæ nostræ amabò, *VValdsteinij* dignitatibus, honoribus, Magistratibus, gratiâ Regum, ac Principum concesserunt? nolo odiosè quid

quæ

Th. Rayn. T. XII. L, 2. C. 13. Ex Synod. Trident. Sess: XXIV. C. 18. de Reformat.

quam adjicere. quod laudis genus est, quod heroës isti (etiam post
se à *VVartembergijs* diviserunt) cum dignitate non sustinuerint? Sed
commemorandis locus non est in Epistola, quæ, ut ait ille, *manum*
stram legentis non debet implere; latiùs ista suo loco in Syntagmate Wal
steinico legentur. Si mihi sub unum aspectum virtus & gloria Illustris
mæ hujus gentis collocanda foret, pingerem ego *Arborem Genealogi*
quam quaterni *Leones VValdsteinici* subtus tenerent & defenderent; ea
bor antiqua jam in altum magnis incrementis educta, in duos divideret
ramos: quorum alter *olivam pacis*, alter *Laurum belli* insitam haberet; i
que in *Pacis* ramo sederent infulæ Archiepiscopales & Episcopales; in
Prælatorum Peda, Abbatum mitræ, Academiarum & scientiarum omn
um honores ac tituli, *notatis VValdsteiniorum*, qui ea gloriosè obtin
runt, nominibus. At in *belli ramo*, quidquid Bellonæ aut *Martis* curr
vehit, spectaretur: Ducum militarium Paludamenta, Potestas, Mag
Trophæa: denique quidquid bello acquiri potuit honorum: Legation
Aularum, primariæ dignitates, Aurea Vellera aliáque innumer adigma
quæ in eam arborem virtus militaris scientia, fortuna item cam
Domina, Gloria & Victoria, Reges ac Cæsares, denique ipse Deus co
tulissent. Neq; me Sciolus aliquis reprehendere posset, quòd in earde
arborem diversas fructuum species componere & plantare præsumser
quis id fieri posse nesciat, ut arborum diversa genera inoculentur? Pyr
& Ficus, ficus & ruta; olea & ilex; platanus & ficus; morus & castan
in fago, tum pyrus sylvestris & alba populus (quo conjugio candida
ra nascuntur) morus & pyrus (quæ si in moro roboretur, rubra fert pyr
amicè copulantur, & ut canit Poëta, *ramum ramus adoptat*: simul nutr
untur, & crescunt. Ejusmodi arborem se vidisse *Plutarchus* comme
rat, omnis generis fructuum feracem; ut *Eiresione* apud *Atheniens*
quam multis honoribus prosequebantur. Hac ego arbore *VValdstein*
rum Familiam Illustrissimam, satis, ut arbitror, aptè prudentibus exp
merem, sed jam, nè Epistola dedicatoria modum excedat, finio, &
Te Illustrissime COMES Waldsteinios omnes veneratus, hunc exig
um ac fortè postremum memoriæ senilis meæ partum, tibi consecro, d
dicóque, Veterum exemplo, qui *Leonum* vultus *januis* affigere sole
bant, tractationi huic meæ, *VValdsteiniorum Leones* pro Tutela affigen
cum voto & bonis verbis; faxit Divina Majestas, ut, quemadmodum
mille annis Waldsteinica & Wartembergica (quæ ab una origine proce
serunt) Familia in Patria floruit & pro Patria stetit, ita nunc mille alijs a
pluribus annis floreat & perennet! Ità vovet

Seneca. ep. Epist 45. ex edit. Godofred.

Theophrast. l. 2. de Caus. Plant. Plut. Tom. 13. Moral. in q. nat Plin. l. 17. Hist. Nat. C. 27. l. 2. q. 6. Forer. in Viridar. Philosoph. disput. de Plat. §. 27. & 35. Paus. in Arcadicis seu l. 8. nat. qq. 268.

Strabo. l. 1. Pius in annot. Plut. in Theseo. Milius in hort: Philosoph: in Olea.

Plut. T 2. Mora l. de Isi de & Osiride.

ILLUSTRISSIMI & EXCELLENTISSIMI COMITIS

Servus perpetuus

Bohuslaus Balbinus S. J.

Tab. 130

GENEALOGICA TABULA,

Spectans ad Reverendissimum & Celsissimum Princip[em] C. de VValdstein, Archiepiscopum Pragensem. &c.



a



TABULA GENEALOGICA.

Sexdecim Majorum Illustrissimi D. D. Comitis Joannis de VValdstein, D. in Komorni Hradek.

Wilhelmus D. de Waldstein. ψ Apollonia Czernczickia de Kacovv.

Joannes Baro de Waldstein. ψ

Adamus B. de Wartemberg. ψ Sibylla Com. Schlickiana de Passaun & Weiskirch.

Magdalena de Wartemberg.

Adamus C. de Waldstein. ψ

Carolus D. de Zerotin. ψ Apollonia Czerncziczkia de Kacov.

Victorinus D. de Zerotin. ψ

Joannes Victorinus C. de Waldstein.

Joannes D. de Wrbna. ψ Ludmilla D. de Lomnicz.

Ludmilla D. de Wrbna. ψ

Johanna Æmilia B. de Zerotin.

Adamus Tobias Hrzan de Harras. ψ Francisca Elisabetha Bar: de Duba Mraczkiana.

Adamus Hrzan ab Harras. ψ

Joannes Berka de Dube & Lippa. ψ Catharina Bar. de Ssvvamberg.

Catharina nata C. Berkiana.

Joannes Adamus Hrzan de Harras. ψ

Wilhelmus de Wrzesovic. ψ Johanna nata Sekerkiana de Sedczicz.

Joannes de Wrzesovicz. ψ

Sabina nata Com. Wrzesovecziana.

Joannes de Malovicz. ψ Ludmilla nata de Kamenic.

Magdalena nata Maloveciana.

Polyxena Hrzaniana de Harras.

ψ

Joannes Comes de Waldstein D. in Hradek.

Posteritas quam Deus servet!

Sexdecim Majores D. Dionysij VVratislavv Miressovicensis, quiramus jam perijsse dicitur, in eorum gratiam qui ab ijsdem Majoribus descendunt.

Joannes Wratislavv de Mitrovicz in Skrzipli. ψ Anna de Svvarovva.

Wenceslaus Wratislavv de Mitrovicz in Skrzipli & Wosovv S. C. M. Consil: & Judic. Assessor. ψ Barbara Wamberska de Rohatecz.

Sebastianus Wratislav de Mitrovicz in Wosovv. ψ Anna Bechinia de Lazan.

Nicolaus Wratislavv de Mitrovvicz in Chlumczan, & Miressovv. ψ Maria Borinian de Lhota.

Hinek Wambersky de Rohatecz. ψ Johanna Rochczovvna.

Petrus Bechinie de Lazan in Dussnicych. ψ Catharina Czerninia de Chudenic.

Georgius Bechinie de Lazan in Dussnicych. ψ Anna de Hodiegov.

Adamus de Hodiegova. ψ Ludmilla Wratislaviana de Mitrovicz.

Dionysius Franciscus Wratislavv de Mitrovicz in Chlumczan, Magister Equitum S. C. M. Gener: Vigiliar: Præfecti Regni Bohemiæ, Capit. Districtûs Plsnenſis Baro.

Adamus Franciscus Wratislavv Baro de Mitrovicz Dominus in Miressovv, & Chlumczan.

Ludmilla Zakavecz Givgan. ψ Magdalena Podmoklska de Podmokl & Prostiborz.

Venceslaus Ziakavec de Ziakavvy in Givgan. ψ Magdalena de Nebylov.

Henricus de Nebylov in Givgan. ψ Elisska de Hradisstie.

Henricus senior Ziakavvecz de Ziakavvy, Capit. Districtûs Plsnenſis. ψ Elisska Ziakaveciana de Ziakavy in Chlumczan.

Wilhelmus Czernin de Chudenicz in Tasniovicych. ψ Anna Purghartova de Koczissov.

Martinus Czernin de Chudenicz in Tasniovicych. ψ Eliska Sslovicka de Sslovicz.

Jan Sslowický ψ Anna Bohuchvaldka de Hradku.
ze Sslowic na Pnicrých/hořegssý Kamenicy a Křiňowině.

Anna Czerniniana de Chudenicz in Srbicz, Chocomysly, Nedrahovicych, & Hradisstie.

Triginta duo Majores Illustrissimi & Excellentissimi Domini Domini Caroli de VValdstein, F. Caroli Supremi Præfecti Imperatricis Viduæ, Equitis Aurei Velleris. &c. &c.



Faciebat illustrissimi Comitis CAROLI Patroni sui
servus paratissimus

Bohuslaus Balbinus S. J.



TABULA

Procerum Bohemiæ nominatissimorum qui de VValdstein appellantur hodie, à diversis Arcibus suis, quas ædificarunt, appellati: ut de VVartemberg, de Ralsko, de VVelisſ, de Ruckstein, de Rothstein, Kolstein, Skal, Stiepanicz, Chotieticz &c. exhibet autem hæc Tabula eorum Majores ab annis ferè septingentis cum Conjugibus quantùm indagare potui, sed sine Collateralibus rami perierunt; Moravicas lineas consultò præterij, alibi si Deus vitam dederit, recensendas. VValdsteinios verò à VVartembergicis descendere ex Tabulis Regni probare possum, & ipsi VValdsteinij in celebri illa lite Anno 1547. sub Ferdinando I. Cæs. pro Tribunali sedente (quæ invenitur in Regicij Cameratici) ad VVartembergicos provocarunt, qui legitimè in Judicio contestati sunt, & pro veris Patruelibus VValdsteinios agnoverire VValdsteinijs antiquitatem generis contra æmulos adjudicante.

Hermannus de Wartemberg Baro. ita ab Arce fuit A. 1030. ♆ Sophia de Trzemſſin Baroniſſa.

Marquardus I. de Ralsko. Arcis hujus rudera videmus inter Wartemimonie seu Nims. ♆ Ludmilla de Storoh Baroniſſa de Chauſtnik.

Marquardus II. de Ral Ludmilla de Hroznietin.

Beneſs de Ralsko. ♆ lijs Joanna) de Sternberg.

Joannes de R ♆ Ludmilla.

Zdenko I. de Waldstein, ità dictus ab Arce à se ædificatâ, aliàs Welisſ. ♆ Sidonia de Schaumburg, Comitiſſa ex Holſatia.

Zdenko II. ab Arce Welisſ dictus Welisſenſis. ♆ N. H N. Præterea quatuor alij fratres, ex quibus Ruckſteinij & Kolſteinij.

Joannes de Waldstein, Dominus in Welisſ. Pater 24. filiorum, quos adduxit Ottogaro Regi ad bellum Prutenicum. Hunc Joannem alij vocant Henricum. Hradisſtij ad Turnovium Abbas Ord. Ciſter.

Ex his viginti quatuor Zdenko III. ♆ Catharina Lomnicia de M Joannes Haly Olomucenſis Epiſcopus, qui ✝ 1311.

Zdenko IV. ♆ Catharina de Wartemberg. Hinko III. ♆ Agnes de Hazmburg. Cælebs. Albertus fuit Præpoſitus Chotieſſoviæ. Jaroslaus Dominicanus.

Hinko IV. Skalsky de Waldstein, Domi al, Wranovv, & Hradiſsko.

Haſſek Skalsky de Waldstein Supr. Camer. Regni Boh. militiæ Dux apud Cæſarem Sigiſmundum, Anno ♆ Anna Wartembergica

Henik Skalsky de Waldstein, Dominus in Stiepanic Curiæ Reginæ Bohemiæ. ter ♆ Agnes de Liticz, & Cunſtat filia Georgij Regis Bohemiæ.

Nota hoc tempore Caſtrum Weliſs ad manus Regias pervênit; quod deinde (An. 1358.) Carolus IV. D. Joanni de Wartenberg ſupr. Burg. Pragenſi unà cum duplici Giczin & villa Okſſiczze pro Caſtro Potenſtein & Oppido Koſtelecz donavit. Ita Privilegia Regni Bohemiæ f. 70. & 71.

Joannes de Waldstein Dominus in Skala & Sstiepanicz, Aſſeſſor Judicij Aulæ An. 1506. L. S. Horzicij. te confectus ♆ Anna Ssvvihovskiana de Ryzmberg (non Agnes Ssvambergica, ut ponit Crugerius) hoc enim probari poteſt ex Autographo ipſius Domini Adami de Waldstein Supr. Burg.

Wilhelmus de Waldstein Dominus in Lomnitz. ♆ Apollonia de K aroniſſa, filia Domi is Baronis de Kaczo

A

Zdenko Dominus in Arnovv vel Hoſtina ✝ Anno 1525. Arnoviæ tumulatus. ♆ Urſula de Wartemberg.

B



POSTERITAS WALDSTEINIORUM.

✻ *Elisabetham à Waldstein Conjugem Adami, ex Linea Moravica Brtniczkiana descendentem Joannem à Waldstein, Matrem Mariam de Landstein, Avum Albertum de Waldstein, Aviam Elisabetham de Wrzesovicz; Item Avum Maternum Guilielmum de Landstein, & Aviam maternam Cath. Mladotinam de Solopisk habuisse certũ est; unde satis constare potest lineam Waldsteinicam Brtniczianam in Moravia non esse extinctam (ut scripsit Crugerius) Porrò Joannes de Waldstein cum Ψ Maria [illegible] prater hanc filiam Elisabetham suscepit filium Ladislaum de Waldstein; qui filios quatuor reliquit: Maximilianum, Ferdinandum, Bertholdum, & Ernestum, ipse autem Ladislaus ex linea Brtniczianorum ortus, fuit Generalis Vigiliarum Præfectus, Commendans Pragæ, & Waldsteiniani Regiminis Colonellus. Filij quoque ductis Conjugibus proles susceperunt; sed ego lineam Moravicam Brtniczkiorum tradidit, cui alij contradicunt, ut nesciam quid sequendum sit. notandum Moravicam Waldsteiniorum & ut verum fatear, etsi multas horas consumpserim, eam ordinare non potui; Paproc. eam confussimè habere Leones IV. in Clypeo, omnes ad dexteram obversos; Bohemicos verò eosdem Leones contrase pedibus & vultu sese mutuo respicientes, gestare.*

SYSTEMA

GENEALOGICUM PRINCIPALIS STIRPIS LODOVICIÆ; & DESINENTIS PERNSTEINIÆ.





TABULA GENEALOGICA,

DOMINORUM de SSVVAMBERG, qui Rosam cum Cygno gerunt; Antiquiores memorias Ssvambergicorum invenies in Syntagmate Ssvambergico.



137

A

Joannes Wilhelmus de Ssvvamberg ultimus suæ stirpis Masculinæ D. in Gestrzan, Bor, seu Heida & Augezd. Ψ Joanna Trczkiana de Lippy, Adami Erdtmanni Trczka soror, cujus Genealogiam in I. Parte adduxi.

Accepi à Matrona sene & Nobili Joannem Wilhelmum sororem habuisse in Aula Imperatricis Eleonoræ quæ cuidam March: Italo nupta cum eo in Italiam abierit.

Franciscа Polyxena nata de Ssvvamberg. Ψ Caroli Jos[illegible] summi Post[illegible] Sacri Rom. Imperij Comitis de Paar Præfecti.

Carolus Josephus Sac. Rom. Imp. Comes de Paar summus & hæreditarius post[illegible] Præfectus.
Ψ Maria Renata Josepha Com. de Sternberg, F. Adolphi Wratislai de Sternb[illegible] r. Regni Boh. Burgr:

Herulæ 4. secunda nupta Comiti de Salaburg.

Sciat Eruditus & benignus Lector, hanc Genealogiam imperfectam esse, etsi nulli diligentiæ pepercerim per annos plurimos & Arces omnes Ssvambergicorum, & præcipuè Ecclesias & cryptas & sepulcra eorum (ut in Bor seu Heida, in Ssvamberg, Frauenbergæ, in Wolperscz &c. item in Arce Raupow) vel ipse ego, vel auxilio aliorum inspexerim, tamen Genealogiam accuratam conficere non potuisse; Et præter hæc, quæ hîc timidè adfero, multorum conjugia Ssvambergicorum nominare necessariò omittere debuisse. Porrò, quæ hic attuli satis probata et certa sunt.

GENEALOGIA PARTIALIS,

DOMINORUM de SSVVAMBERG sine Rosa, qui ipsam totalem sedem, arcem scilicet Ssvamberg, tenuerunt, ex eorum sepulchris in Ssvamberg eruta.

Henricus junior D. de Ssvamberg L[illegible] Zdenko D. de Ssvamberg.

Joachimus Dominus de & in Ssvamberg, Avus Joannis Friderici, Burgravii [illegible]grensis, Cameræ Bohemicæ Præses ✠ An. 1574. L. S. Ψ duæ. Utraque Sibylla vocabatur, Cruciferæ Sslikianæ.

Georgius Petrus de Ssvvamberg, L. S. Ψ Potentiana Hoffmanniana Ba[illegible] An. 1589.

L. S. Joannes Sebastianus. Ψ Eva de Lobkovicz. Casparus.

Joachimus. L. S.
Adamus. L. S.
Joannes Fridericus junior, ultimus suæ stirpis. Ψ Maria Magdalena Burgravia de Dona, L. S. secundò nupsit Joanni Christophoro Ferdinando Com. de Heissenstein. soror Mariæ Magdalenæ Anna Maria fuit nupta eidem Comiti Ferdinando, quæ cum Domino Butler genuit priùs filiam Eleonoram Butlerianam de Ormund.
Joannes Sebastianus. L. S.
Eli[illegible] L. S
Joannes Fridericus senior.
Catharina. L. S.
Sibylla. L. S.
Ψ Buriani C. de Guttenstein.
Elisabeth. L. S.
Elisabeth. L. S.
Eleonora L. S.

Memini me circa Annum 1650. vidisse aliquem ex ultimis Ssvvambergicis Pragæ statim a vitæ poscentem: is, an ex hac, an ex altera Ssvambergicorum linea ortus fuerit, cujus Filius, & quo nomine appellatus sit, nullâ diligentiâ investigare potui.

LECTORI BENEVOLO.

Ad Genealogiam Regni noſtri ſpectare videntur Officia Regni Hæreditaria, *quæ quatuor omnino reperio: ſupr:* Mareſcalli, *ſummi* Pincernæ, *ſummi* Dapiferi, *& ſummi* Præciſoris & Præguſtatoris *munia, quæ hæreditario jure, primum quidem* Lippæis, *alterum Familiæ* Wartembergicæ, *tertium* Hazmburgicis, *quartum* Sezymæis de Auſti *attributum erat; quorum nomina ſi recitavero, Genealogiſtis, & Antiquitatis noſtræ ſtudioſis ſatisfecero.*

§ I.

SUPREMI MARESCALLI HÆREDITARIUM MUNUS ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ DOMINORUM DE LIPPA.

Mareſcallos complures in Antiquitate Bohemiæ reperimus, ſed ij non Regni univerſi, ſed Regum fuiſſe videntur: ut An. 1228. *VVogtiech Mareſcallus.* An. 1228. *VVok à Roſis Capitaneus Styriæ, Mareſcallus Regis Ottogari* ✠ 1262. *Zdislaus* à ſtellis, qui antea ſub *VVokone* erat *Submarſalcus* poſt ejus mortem *Marſalcus* legitur. An. 1267. *Henricus de Lichtenburg Mareſcallus.* Item A. 1270. *Bohuß Mareſcallus;* ſed hi ut dixi, Regis non Regni fuêre. Primus *Joannes Rex Bohemiæ,* cùm *Henrici de Lippa* virtute *Pragam* occupâſſet, *Henrico,* & ejus Familiæ (quæ eandem cum *Bercis & Ronowijs, & Miczanijs, & Nachodijs &c.* originem habuit) hæreditarium munus *Mareſcallorum* contulit, circa An. 1336. fuit itaque primus ex ea gente *Mareſcallus Henricus de Lippa.* I. Henricus

In Libris Erectionum T. 9. C. 6. expreſsè legimus ad An. 1343. *Bertoldus de Lippa Dei gratiâ VVißehradenſis Præpoſitus, Cancellarius, & ſupremus Regni Bohemiæ Mareſcallus, filius Henrici de Lippa.* II. Bertholdus.

Notandum *Paprocium f. 245. & f. 50.* ponere *A. 1318. Mareſcallum Regni Simonem de Lippa,* ſed videtur error ſubeſſe, & fortè legendus erit Annus 1381. adde quòd de eo *Simone* nihil familia *Lippæa* ſcire voluerit, nec alibi ejus nomen reperiatur; attamen in LL. Capituli Prag. ad An. 1318. Simon Mareſcallus Regni appellatur, adeóque dubium manet. An. 1355. legitur apud eundem *Paprocium f. 50. Fundator Auguſtinianorum Moravo-Crumiovij Zdenko de Lippa ſupr. Mareſcallus Regni Bohemiæ,* & eum eodem Titulo *in Libris Erectionum Tomo 9.* III. Zdenko.

An. 1362. 12. Februarij ſub *Bulla Caroli IV.* quâ Auſtriacis promittit ſucceſſionem in *Regno Bohemiæ* ſubſcriptus eſt *Henricus de Lippa Mareſcallus Regni.* VI. Henricus.

V. Hinko.

Post eum An. 1381. legitur apud *Paprocium f. 166. Hinko de Lippa supremus Regni Marescallus.*

VI. Bertholdus.

An. 1406. legitur *Bertoldus II. de Lippa* hæreditarius *Marescallus in libris Domini de Cymburg*, & in *speculo Moraviæ Paprocij* f. 70. An. 1416. legitur apud *Hagecium* f. 372, *Hanuß Lippæus*, sed non addito *Marescalli* titulo, & quia inter ultimos *Proceres* ponitur, verisimile est fuisse *Henrici Lippæi* filium, quem *Henricum* An. 1417. *Regni Marescallum* apud *Paprocium* f. 307. & 308. & 245 legimus, qui à *Sigismundo Imperatore Legatus* missus est *VVratislaviam* An. 1420. ut habet *Paprocius* f. 279. *Bertholdus III. de Lippa supremus Marescallus Bohemiæ* An. 1438. & 1436. hunc *Crugerius* deceptus à *Paprocio* scripsit non fuisse *Lippæum*, sed ex familia *Bozkovicia de Czerna hora*; sed refutatur ex peritissimo antiquitatis nostræ *Hodiegovino*, qui in Notis ad *Hagecium* disertè tradit *Bertholdum* gente *Lippæum* fuisse; *Paprocij* authoritas apud me tanta non est, ut contra *Hodiegovinum*, qui in manibus *Tabulas* & omnia publica Regni Bohemiæ scripta habuit, valere possit. *Henricus Lippæus Marescallus Regni Bohemiæ* ab Anno minimum 1452. qui in *Tabulis Domini de Cymburg* appellatur *antiquus Marescallus*; propter senectutem, quòd multis annis vixerit in dignitate & authoritate. Fuit etiam *Capitaneus supremus Moraviæ*, cui seni successit *Victorinus Regis Georgij* filius 1466. ut habet *Paprocius* in Speculo Morav. videtur curis & annis fractus officio Capitaneatûs valedixisse, quia adhuc ejus mentio fit 1469. quasi *Mathiæ Regi Ungariæ Victorinum* prodiderit. Habuit uxorem *Barbaram, Georgij Regis* filiam ex qua suscepit *Bertholdum.*

VII. Henricus III.

VIII. Bertholdus III *Papr. f. 230. & 310.*

IX. Henricus IV.

X. Bertholdus IV.

Bertholdus supr. Marescallus Regni Bohemiæ A. 1500. & 1506. (error est Typographi apud *Paprocium* in Speculo Moraviæ f. 70.) An. 1513. Arcem Crumlovienſem magnificè exstruxit, movit illi quæstionem *VVladislaus Rex* ut ostenderet originale *Joannis Regis*, vel Caroli IV de Hæreditario Marescallatu, non potuit literas exhibere, incendio fortasse, vel bellorum temporibus amissas, sed defendit se *Bertholdus* contra Regem solâ Præscriptione Majorum suorum, qui se hæreditarios Marescallos semper scripserunt, & à Regibus pro Marescallis agniti sunt, & officium Marescallatûs ferè duobus sæculis Regibus in ferendo ense in Coronationibus, in Judicijs, & alijs Regni Panegyribus obierunt. Rex tamen si familia *Lippæa* intereat, commune Proceribus officium hoc esse volebat, sed reclamârunt Domini de *Ronova & Dube*, qui se Jus habere ad Marescallatum dicebant, coactus est itaque Rex actionem omittere, respondítque: si pereuntibus Lippæis Domini de Ronov, tanquam â Lippæis descendentes, probare potuerint jus *Marescallatûs* ad se pertinere, non eis se justiti-

am

am denegaturum. Habuit uxorem *Catharinam de Kravarz* ex qua *Henricus* est natus.

Henricus V. de Lippa supremus Marescallus Bohemiæ, & supremus Camerarius Moraviæ, uxorem habuit *Bohunkam de Perenstein*, ex qua genuit filium *Joannem I.* XI. Henricus V.

Joannes I. de Lippa supremus Camerarius Moraviæ habuit uxorem *Marianam de Sternberg*, & ipse obijt An. 1541. Hunc timidè appono, quia non legi unquam appositum illi titulum supremi Marescalli, sed ejus filio *Bertholdo* VI. sed quis præter *Joannem* ex *Lippæis* Marescalli officium genere potuerit, planè non video alium. XII. Joannes I.

Bertholdus VI. de Lippa supremus Regni Marescallus, Ita Sixtus ab *Ottersdorff* in M. S. & *Paprocius* in Speculo Morav. f. 317. habuit Uxorem *Susannam de Bozkovicz* ex ea geniti duo filij *Czenko & Joannes II.* circa An. 1565. Pater obijt vel eodem Anno vel 1575. vide *Paprocium* in Equitibus f. 36. XIII. Bertholdus.

Czenko de Lippa hìc obijt certò sinè liberis An. 1579. sed Marescalli titulum gessit, ut probari potest ex Constitutionibus Moraviæ An. 1579. fuítq; *Hodoninæ* Dominus; idem patet ex Titulari. XIV. Czenko II.

Joannes II. de Lippa fratri Czenkoni, quia carebat liberis, successit, habuit uxorem *Magdalenam de VVartenberg*, ex qua natus est An. 1590. Joanni filius *Bertholdus Bohubud VII.* mortuus est Joannes An. 1594. & filium reliquit 4. annorum. XV. Joannes II.

Bertholdus Bohubudus, Moravo-Crumlovij Dominus supremus Marescallus adhæsit *Friderico Palatino*, & ob id Marescallatum perdidit. Obijt Skalicij in exilio An. 1643. relicto filio *Czenkone*, qui etiam mortuis priùs duobus filijs, quos susceperat ex filia *Ducis Brigensis*, decessit, ante duos proximos annos; fuit Vir humanissimus, & studiorum meorum amantissimus. XVI. Bertholdus VII.

Post *Bertholdum Bohubudum* ex familia agnata *Berkarum*, supremi Marescalli officium transtulit *Cæsar ad Burianum Leonem* (quem etiam aliqui *Zdenkonem* Leonem appellant) *Berkam*, qui obijt A. 1626. & ei successit filius. XVII.

Mathias Berka, qui in exteris Provincijs contracto morbo adhuc cœlebs obijt An. 1644. quem novimus juvenem, ad magnas spes genitum; post cujus obitum *Cæsar* Marescallatum (sed non hæreditario jure) contulit Excell. Comiti *Mathiæ Adamo Trautmansdorffio* A. 1645. Tinæ Domino, qui ut diu superstes sit, omnes apprecamur! sed antequam hæc ad Typum data essent è vita sublatus est. XVIII.

Hìc admonere Lectorem meum velim: me nescire, utrùm hic Ordo Marescallorum absolutissimus sit, cùm nullum, qui de Marescallis Bohemiæ egerit, invenerim, sed quos in antiquis Memorijs &

alijs Libris, & Hiſtorijs inveneram, illorum nomina poſuerim; itaque potuit aliquis Lippæorum meam diligentiam effugere; benignus Lector, ſi quem neglexi, condonabit, nominatim poſt Henricum ejus nominis IX.

Secundò. Vir Amicus dum viveret, & Patriæ hiſtoriæ ſcientiſſimus ſcribit: *Ottogarum Regem III.* Camerarij ſupremi & ſupremi Judicis munus inſtituiſſe; *Ottogarum* verò *V. Regem* gladij coram ſe geſtationem induxiſſe, quorum nihil admitti poteſt, quia longè ante eos hæc munia viguerunt, licet non uni familiæ propria: de Mareſcallis certiſſimum eſt, nam *Coſmas* lib. 3. Hiſtoriæ Bohemiæ (qui tum vivebat) narrat, An. 1099. *Brzetislaum Ducem Bohemiæ Boleslao* Poloniæ Ducis filio dediſſe in Aula ſua munus, Enſis ante ſe ferendi. & *Enſiferum* ſeu Mareſcallum ſuum conſtituiſſe, ut probavi in *Epitome* Boh. Lib. 3. C. 8. in fine.

Tertiò. defectu monimentorum, non poſſum ſcrupulum ſolvere, quem mihi fecerunt Libri Erectionum T. 5. p. 1. ubi expreſsè *Przedbor de Kunov* Mareſcallus Regni Bohemiæ appellatur, qui tamen familiâ Lippæus non fuit. Alter ſcrupulus facilè ſolvitur de *VVilhelmo Pernſtein*, qui ſupremus Mareſcallus Regni Bohemiæ in ipſis literis *Mathiæ Regis*, An. 1484. appellatur; quia ſcilicet *Henricus Lippæus Barbaram* habuit in conjugio Regis *Georgij* filiam, & *Mathias* adverſarius Regis *Georgij* capitalis cùm ſe Regem propriâ authoritate conſtituiſſet, Mareſcallum ſibi quem voluit, nominavit.

fuit à Mathia factus Mareſcall.

§ II.

SUMMI PINCERNATUS OFFICIUM HÆREDITARIUM FAMILIÆ DOMINORUM DE WARTEMBERG:

Paproc. in Wartembergſ. 360.

ADvertendum eſt in Antiquitate multos *Pincernas Regum* inveniri, ſed non hæreditario jure, quod primùm *Joannis* Regis beneficio An. 1337. *VVartembergij* honore hæreditario ſunt conſecuti. Diploma ipſum Regiæ conceſſionis recitat *Paprocius*, ex quo intelligimus dignitatem *Pocillatoris* non fuiſſe vacuam, ſed bene dotatam, certis cenſibus ſtabilitam, qui ibi enumerantur telonijs, & villis quibuſdam &c. locupletatam.

JOANNES DEI GRATIA &c.

NOtum facimus tenore præſentium, ad excitandum Officiales noſtros quoscunque, ut eorum quemlibet ſuo frequentiùs invigilare delectet officio, in juribus ſui officij, temporibus præ-

prædeceſſorum noſtrorum feliciſſimæ memoriæ Regum Bohemiæ factis & habitis pleniùs & gratioſiùs cupientes &c. Informati ſiquidem Regni noſtri ſeniorum, Nobilium & Conſiliariorum noſtrorum relatione veridicâ, hæc quæ ſcribuntur ad ſummum noſtrum Pincernam jure, & ex probata conſvetudine, temporibus felicis memoriæ Domini *VVenceslai Regis Bohemiæ* Soceri noſtri chariſſimi, & pridem antiquitùs pertinere videntur, quòd nimirùm univerſæ & ſingulæ tabernæ Civitatis Pragæ, & quævis earum de unaquaque braxatura unum ſolidum nummum, (quorum ſeptuaginta cùm novi fuerint, inveteratorum octoginta unum lotonem argenti faciebant) dare ipſi noſtro *Pincernæ* & ſolvere tenebantur & tenentur. Præterea in nova *Boleslavia* telonium, & duas Villas ſcilicet *Poſtrzibny & Kozarovicz*, cum eorum pertinentijs, utilitatibus, fructibúsque quibuscunque, inſuper quòd nullus in Regno noſtro *Bohemiæ* tabernas admittere potuerit, niſi ipſe. excluſis *Popravconibus* quatuor Provinciarum ad beneficium Pragenſe ſpectantium, qui tabernas in his Diſtrictibus admittere poterant & tenere, & quòd circumquaque ab omnibus *Civitatibus Regni* noſtri *Bohemici* nullam tabernam tenetur admittere infra ſpatium milliaris, omnésque *Officiales* vinum & lagenas pertractantes, ad prædictum officium pertinentes & ſpectantes ſuis mandatis parere & intendere plenâ reverentiâ tenentur; his itaque omnibus, & ſingulis præauditis ſingulariter & penſatis, eorum quodlibet approbantes, & confirmantes pro tanto & tali officio expedire arbitramur. Conſiderantes igitur legalitatem fidelis noſtri *VVenceslai de VVartemberg* bene meriti, ſibi ipſiúsque legitimis prædictum officium Pincernatûs, cum omnibus & ſingulis utilitatibus & proventibus expreſſis ſuperiùs, duximus conferendum, promittentes pro nobis, hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quòd ipſe *VVenceslaus de VVartemberg*; ſuique hæredes legitimi in prædicti officij utilitatibus, fructibus, proventibus & pertinentijs nullo tempore nec ullo modo impediri debebunt, imò impedimentis remotis quibuslibet, in ijſdem conſervari firmiter & gratioſiùs confoveri &c. Datum ut ſupra 16. Calend. Junij, A. 1334.

Ex hiſce Regijs literis apparet *VVartembergicos* adhuc ante *Joannem Regem* aliquod *Jus* ad officium Archipincernatûs in R.B. habuiſſe.

Enumerabo hoc loco vetuſtos *Pocillatores* in honorem antiquitatis, quos hinc inde magnâ diligentiâ ex literis collegi; poſtea *Wartembergios* cum hæreditario jure adducam:

Pincerna Dluhumil A. 1177. ſubſcriptus liter: Cladrub. Monaſt:

Pincerna Sezema A. 1187.

Pincerna Martinus A. 1213. ſub Policenſibus literis.

Czech Pincerna Aulæ Regiæ A. 1253.

Jarosl. Pincerna An: 1238.

Pincerna Ulricus 1261. subscriptus literis Cathedr. Eccl. Prag.
Pincerna Gallus subscriptus literis Wissehrad. A. 1268.
Pincerna Wolckmarus. Subpincerna Onsso A. 1277. sub Litom:
Jaroslaus de Sternberg Pincerna 1284. Epit. nostra f. 312.
Joannes de Michelsperg Pincerna Regni 1289. Epit. nost: f. 295.
Ulricus de Rziczan Pincerna Regis ✠ An. 1318. Goldastus in Beylagis num: 23.

Benes de Wartemberg Pocillator (sed non hæreditarius) A. 1318. Epit. nostra f. 323. & 328.

Jam ad *Wartembergios* me converto *Joannis Regis* beneficio perpetuos & hæreditarios *Regni Archipincernas.* Non ego hoc loco *Genealogiam Wartembergicorum* percensebo, in Stemmatographia locus illi servatur.

Benedictus seu Benes de *Wartenberg*, qui etiam fuit *Burgravius Pragensis*, & habuit Conjugem *Annam de Potenstein Zampachianæ* stirpis, mortuus est An. 1337. relicto filio Wenceslao. *Wenceslaus filius Benesij Dominus de Wartemberg* hæreditarius Archipincerna post mortem Patris A. 1337.

I. Archipincerna Wenceslaus.

Wenceslai hujus filius *Wanko* passim vocatus, jam An. 1352. erat Pincerna, & ultra Annum 1361. ut habet *Paprocius* f. 51. & 265.

II. Wanko.

fratres habuit *Jasskonem* seu *Joannem & Benessium de Wartemberg, Dominos in Dievin*, ex quibus *Benes* erat, *Aulicus Imperialis* Pincerna *Caroli IV.* & ✠ 1369.

III. Jasko.

Jasko seu Joannes de Wartemberg Dominus Castri Warta, seu Dieczin seu Teczen. de quo in Libris Erection: ad An. 1395. & 1407. & 1408. fuit *supremus Pocillator Regni Bohemiæ*, ✠ inter An. 1408. & 1413. uxorem habuit primò *Margaretam de Greiffenstein* seu de *Dona*; quam ob consangvinitatem coactus est repudiare A. 1394. ♆ 2. *Annam de Welharticz* Baronissam, origine Procerum de Nova domo.

IV. Sigismundus.

Sigismundus I. de Wartemberg Dominus in Dieczin supremus Pocillator Regni Bohemiæ, filius Domini Joannis vel Jasskonis ita in libris Erectionum A. 1481. & 1415. uxor *Margareta de Kekerzicz* Baronissa. Frater ejus *Joannes*, qui ✠ An. 1550. relictis filijs Sigismundo & Christophoro, ut habet *Paprocius* f. 275.

V. Benes.

Benes de Wartemberg D. de Zakupi Archipincerna 1465. ita ex literis Regis *Wladislai.* Cùm *Georgius Podebradius* eligeretur *Gubernator Bohem. Benessius* adhuc Pincerna non fuit, ut patet ex *Papr.* f. 189.

VI. Sigismundus II.

Sigismundus II. (primúsne, an secundus dubitatur) de *Wartemberg supremus Pincerna Regni Bohemiæ filius Benesij de Wartemberg, Exarchus seu Gubernator Lusatiæ* An. 1491. uxor I. *Elisabeth de Kunstat*, quæ ✠ 1492. ♆ 2. *Hedvigis Ducissa Glogoviæ & Sagani. Paprocij* grandis est eror, qui addit ei *Catharinam Münsterbergicam* uxorem

orem, sororem *Caroli Ducis*, cujus errorem alibi refutabo, quia um Chronologia pugnat.

Sigismundus de Wartemberg ex *Hedvige* Ducissa Glogovien. enuit *Christophorum* I. supremum Pocillatorem Regni Bohemiæ, qui abuit uxorem *Elisabetham* Dominam de Kunstat. VII. Sigismundus III

Christophorus II. Dominus de Wartemberg, supremus Pincerna Regni Bohemiæ An. 1437. ✠ qui nullam conjugem habuit, post ejus nortem frater ejus *Procopius* de Wartemberg supremus Pocillator Regni Bohemiæ successit. de hujus Christophori Patre & Matre, qui uerint, an *Sigismundus* I. an II. an *Benessius* non possum definire. VIII. Christophorus.

Procopius de Wartemberg supremus Pocillator Regni Bohemiæ, xorem habuit Annam de Holhausen, quam duxit An. 1514. Porrò *Procopius* mortuus est 1561. relictis 4. aut 5. filijs, & duodecim filiabus. IX. Procopius.

Henricus Procopij filius primogenitus, fuit post Patrem supremus Pocillator An. 1562. & 1572. item 1577. & post hunc annum paulò post ✠ sinè liberis, etsi conjugem habuerit *Catharinam* de Wi- en, Lusaticæ stirpis, ei successit. X. Henric⁹

Abrahamus Procopij secundogenitus filius, Dominus Kemnitij & Zvirzetitij (jam enim Wartembergici vendiderant Arcem suam Dieczin) natus An. 1530. fuit supremus Pincerna, & ✠ An. 1587 cui successit XI. Abrahamus.

Henricus II. Zvirzeticzky de VVartemberg, supremus Pincerna vocatur in Titulari ad An. 1589. videtur fuisse Abrahami filius. XII. Henricus II.

